


PHYSICORUM
ELEMENTORUM
&C.

PARIS 1512








REVIRESCO.
SOIES FERME.
REVIRESCO.



5658

¶ Deuoti et venerabilis patris Ioānis Rusberi presbyteri/canonici obseruantiæ beati Augustini/ de ornatu spiritualium nuptiarum libri tres.

¶ Primus de ornatu vitæ moralis et actiuæ.

¶ Secundus de ornatu vitæ spiritualis et affectiuæ.

¶ Terti9 de ornatu vitæ supessētialis et cōtēplatiuæ.

¶ Venale habetur in officina Henrici Stephani calchographi e regione Scholæ Decretorum.

¶IACOBVS FABER REMVNDO SVO.S.



C Vm oīs particulariū religionū status charissime Remūde sit quędā mūdi fuga & ad extramūdana accessio/sit multorū & diuiduorū derelictio/& ad vnū adhęsio: tantū igit quęq₃ veritatis habet/quātū extramūdanis/& illi vni qđ est sup ōne vnū/hæret. In qua vniōe & herētia: vera cōsistit cōtēplatio/ & dulcissimus cōtēplatiuę vitæ fruct⁹. Q ui a paucis cognoscitur: quippe q nō sine secretis īmissiōibus/diuisq₃ visitatiōibus pagitur. ex quib⁹ quātū homini mortali fas est: status spiritualis denudaṫ. statū enī spūalē pfecte viuūt aīę beatę iā mortalitatis tunica exutę: q autē nondū exuerūt/illo qdē viuere possūt/sed nōdū pfecte/nō ex se qdē sed ex diuīo quodā aduētu. Vado (īquit saluator) & venio ad vos. Et nullā esse puto pticularē religionē/in qua etiā nō sint aut fuerint aliqui: q nōnichil hui⁹ dulcedis pceperint. & maxime q̄ magis solitarię/abstractę/arctæ sunt. Nō igiṫ vltimas ptes ad hāc cōtēplatiuę vitę sublimitatē Cartusiorū & Celestinorū esse crediderī: & bono qdē iure/cū ob maiorē solitudinē/tū ob vitę arctitudinē/ & vigilātissimā sui status a plapsiōe defendēdi puidentiā. Quapropter & libros cōtēplatiuorū virorū vel maxime amāt. nō q₃ libri cōtēplatiuos faciāt maxime pfectiores. sed pparāt & incitāt incipiētes: deus autē cętera cōplet. Nā altiori modo cōtēplatiuos: radius cœlestis efficit/ & diuia quędā cōgressio. Huiusmodi tamē librorū/plerosq₃ Celestini/ Mēdōtenses/ Senonenses/ Marcusienses/ Parisiēses/ & Cartusij Odomarenses/ Montis dei/ Burgofontis/ & Parisieæ solitudinis vallis viridis frequēter nobis cōicauerūt/ atq₃ in dies cū res exposcit cōmunicāt q̄ humanissime: īter quos

tibi cōicatū quidelegisti librū de ornatu spiritualiū nup-
tiarū: quē Ioānes Rusber deuotus & religiosus pater ca-
nonicę obseruationis beati Augustini olim circa tēpora
Bonifacij noni cōposuit. Id tamē iter legēdū te turbabat:
ꝙ Gerso vir deuotus & authoritate graui/sub sæculari
habitu mentē religiosā gerēs/illius opis authorē parū iu
dicet literatū/quē & ī aliquibus coarguit tāq̄ errātē. Id te
parū mouere debuit. Nā solus vnus est qui culpat: & tur
ba multa sāctorū virorū defēdit. Q ue res si iculpatę vitę
viri Ioānis Quempisij deuota opuscula legis te minime
latere poterit. Gerso plurimorū iudicio & deuot⁹ & mul
tę sęcularis literaturę fuit. & iste itē deuotus & multę spi-
ritualis literaturę. & vterq; bon⁹ & colēdus: hic ī claustro
ille ī sęculo. At vero ꝙ hic liber primū patrio sermone &
vernacula ligua ęditus sit: id argumēto sufficiēti nō est/au
thorē paucarū fuisse literarū. Nā & literatissimus quisq;
vernaclos ędere potest libros/lōge forsā melius q̄ illitera-
tus. Et grāmatici qui hūc legūt iudicabūt authorē pro il-
la tēpestate apprime elegantē/Rhetores copiosū / Phi-
losophi secreta naturę callētē/ Astrologi cognitorē tēpo-
rū/Medici morborū ac sanitatū/Theologi rerū diuiarū.
Arbitor igitur Gersoni probo quidem viro id accidisse:
ꝙ in corruptum codicem inciderit. Quod & alias michi
accidit. Vbi autē incidi in verū & emendatū: quē iudica-
uerā illiteratū/mutata sentētia cepi admirari. Simili igi-
tur ratione eū allucinatū puto. Et postea per eius scripta
Tritemiū: vt qui similia scripserit ex auditis. Neq; enim
hic/neq; ille/tam iniquo erāt ingenio/ tam maligno iudi-
cio/vt (si verum volumen vidissent) id vnq̄ viro/ꝙ paucę
fuisset literaturę impinxissent. Lege ergo securus quæ &
ipse Gerso securus legisset/& etiam delectabiliter. Vale
pietate proficiens. Parisijs. Nonis Sextilibus.

¶Index eorum quæ in hoc toto opere diſcutiuntur.


¶Index primi libri.

¶ Index eorũ quę in ſecundo libro continentur.

¶ Index tertij libri.

¶ Indicis præsentis opusculi finis.

¶IOANNIS RVSBERI Presbyteri/ ad fratres de Capella Rosana in Flandria/super interpretatione Libri sui de ornatu spiritualiũ nuptiarũ: Epistola.



EFflagitastis fratres charissimi literis humilibus & deuotis/interpretari vobis latino eloquio libellũ nostrum de ornatu spiritualiũ nuptiarũ a nobis olĩ æditũ teutonico Brabantino. cuius quidẽ q̄q̄ (vt scripsistis)ob aquilonaris Flandrię/ Brabantięq; idiomatũ dissonantiã/plenum gustũ minime capiatis: propter nõnullã tamen loquelæ vicinitatẽ/tenuẽ quendã odorẽ tãtę suauitatis ex ipso percipitis/vt in eo/nõ modo omnẽ sanctitatẽ/verũetiã õnis sanctitatis pfectionẽ/õnis pfectionis cõsumationẽ/& omnis cõsumationis finẽ demonstrari nullatenus dubitetis.magna prorsus famescẽtibus abscõdita dulcedinis multitudo/& digna latinę interpretatiõis(vt petistis)imo cuiuslibet idiomatis lumine propalanda:si ita esset vt creditis. Sane vobis prospiciendũ fuerat ne forte odoriferas tantũ cũ Rachele mãdragoras ęmulantes: in scirpo nodũ videremini quęritare. Sed quid dicemus ad hęc? In primis quidẽ gratias agim⁹ IHESV CHRISTO:qui nos apostolicę grẽ pticipio bonũ sui nos esse dedit odorẽ/& si nõ in õni/in vestro saltem loco.de reliquo autẽ & si non sit ita vt creditis:tamẽ quia creditis/fiat vobis. Mirãda quippe fides meretur. Eo nempe existẽte vtinam oĩm linguis nationũ loqueremur:quo tãtę pfectionis vt vos scripsistis gratiã cũctis natiõĩbus pãdere valeremus. Exiguus certe labor qui tã cõmunis cõpensaret emolimento salutis. Acquieuimus itaq; petitionibus vestris: ĩmo iubenti paruimus charitati.& ipsum de quo scripsistis librum

translulimus in latinū:seu potius libri sensum/ latinis vestiuimus indumentis/ & ob hoc forsitan pegrino vestitus habitu:aut mutatus/aut min⁹ amabilis ab vtriusq; linguæ sciolis habebit.cū tamē secundū vestrum Hieronymū optimus interptandi modus sit/vbi interpretantis linguæ(si sic fieri valet)pprietas obseruatur. Vos vero fratres habituū dissonātia nō cōsternat:dū modo vobis eadē sēsus resonet harmonia.Sed & labori nostro charissimi orationū vestrarū vicissitudinē nō pigeat elargiri: quo nos quoq; odorisequi facti eius/ vobiscū quādoq; mereamur esse cōsortes/cui⁹ vos scripsistis sub literarū nostrarū corticibus odorem/ iam olfecisse.

ℂPRAEFATIO AVTHORIS in librū suū de ornatu spiritualium nuptiarum.



Cce sponsus venit exite obuiā ei. expgiscimini prudētes virgies/ q̄ dudū(morā faciēte sponso)dormitastis oēs/pariter & dormisūs.Iam eni media (idest pfūda) nocte/ fide iter suū agēte/& ad supernæ claritudinē patriæ pperāte : euāgelicus quotidie clamor icrebrescit/Ecce inquiēs spōsus venit. ocyus surgite / oleū in vasis vestris assumite/ lāpades vestras ornate/& exite obuiā spōso.Quęritis qs sponsus?Is nēpe cui vos despōdit apostolus castā virginē exhibere.speciosus quidē forma/prę filijs hoim pgressus de aula regia vteri virginalis/ tanq̄ spōsus pcedēs de thalamo suo. Et si is dūtaxat qui sponsam habet sponsus est:quę igitur sponsi huius/ sponsa? Natura quidē humana ad imaginē & similitudinē dei cōdita:

ab ipso suo cõditore/in editiori terrę loco cũctis amenitatibus/diuitijs/atq; delitijs pleno/ĩ terrestri scilicet paradiso locata/subiectis ei cæteris in terra creaturis. Eamq; suus cõditor ornauerat gratia:& cœlesti instituerat disciplina/ tradito quidẽ ei mãdato.quo ꝑ obedientiam mereri potuisset sponso suo perpetuæ fidei vinculo indissolubiliter coniugari: omni tam pœnæ q̃ culpę/miseriæ occasione semota.Et ecce tyrãnus/tenebrarũ quidẽ princeps/cuius inuidia mors ĩtrauit in orbem terrarũ/serpẽtis callidi figura/velat⁹ fœmineã primo infirmitatẽ astuta ꝑsuasione prostrauit:& tandẽ virilẽ arcẽ fœmineis adiutus blãditijs subiugauit. Tyrãnus igit̃ ille/sponsam dei/fallaci seductã cõsilio rapuit:& in ignotã regionẽ paupertate/miseria/&captiuitate subactã / quasi nunq̃ reditură a patria ꝓcul abegit.Cũ vero venisset plenitudo tẽporis/quo de⁹ dilectæ suæ miseriã miseratus/eã occulto suo cõsilio disposuerat liberare:misit filiũ suũ in templũ vteri virginalis/de cuius purissimis sanguinibus eam sibi personali vnione ĩdissolubili fœdere cõiugauit. hui⁹ quoq; celebritatis nuptialis Archangelus Gabriel erat nũcius/celebrator spiritussanctus : intemerata virgine prebente consensum.Sic ergo dei filius suorum sponsus fidelium/nostram naturam personaliter assumpsit: nos in regione dissimilitudinis ex alto oriens visitauit/ disciplinis cœlestibus fideliter erudiuit/athletico sudore inimicos nostros viriliter expugnauit/ captiuitatem nostram plenum adeptus tropheum (deuicto mortis aculeo) sicut torrens in austro conuertit. suo nos precioso sanguine redemit:suo baptismate libertati restituit.suis sacramentis & gratijs dotauit:vt ei tandem pleni virtutibus/in aulam gloriæ occurra-

mus/& gloriosis eius amplexibus æternaliter pfruamur. Nos autē dū adhuc pegrinamur ī corpe/ad clamorē euangelicū auscultemus / quo dicit sermone fideli: ecce spōsus venit exite obuiā ei. In cui⁹ quidē clamoris verbis cœlestis declamator/ quatuor nobis notāda pponit. primo nāq ī hoc aduerbio demonstrādi ecce : visum nostrū digitaliter excitat / & pręceptū quodammodo dat videndi. Quisquis igitur in sua cæcitate pdurās/ad hui⁹ vocis clamorē nec palpebras quidē curat attollere: merito iam est tenebris adiudicatus æternis. Secūdo/salutarē nobis visibilē ostēdit aduentū scilicet sponsi dicēs: sponsus venit. Tertio docet & pcipit viso veniēte sponso/quid agere debeam⁹: exite īquiēs. Quarto nobis vtilitatē exitus nostri/ bonorūq laborū nostrorū gloriosū fructū insinuat subiūgēs: obuiā ei/scilicet CHRISTO regi sūmo/amoris affectibus occurrēdo/ fruitionis amplexibus inhęrendo & vnionis gratia penetrādo/vt fiāt duo ī spiritu vno. Et quia prudētes virgīes nō nisi ornatis lāpadibus sponso occurrere psumpserūt/ne repulsā cū fatuis virginibus paterētur : idcirco vt nos quoq lampades(idest vitas nostras) ornare discamus/proposita verba de triplici vitæ ornatu/sanctæ trinitatis innitētes auxilio/exponem⁹/ vt illud Salomonis puerbiū/ ecce descripsi eā tibi tripliciter tādē dicere valeam⁹. In primo igitur libro agemus de ornatu vitæ moralis & actiuæ: quæ omnibus saluandis necessaria est. In secūdo differem⁹ latius de ornatu vitæ spiritualis & affectiuæ: quā multi fideliū cooperāte dei gratia consequūtur. In tertio tangemus de ornatu vitę supintellectualis & cōtēplatiuæ/& penitus deiformis : ad quā propter sui excellētiā pauci pertingunt.

IOANNIS RVSBERI presbyteri canonici obseruātiæ Beati Augustini: de ornatu spiritualiū nuptiarū liber primus. De ornatu vitæ moralis & actiuæ.

Tria necessaria ad visionem vitæ actiuæ. Cap. I.



HRISTVS igitur dei virt⁹ & sapiētia/ lux vera illuminās omnē hominē venientem in hunc mundum: ab exordio cōditionis humanę/ hoc demonstrandi aduerbium ecce/ humanis cordibus inspirauit ad sui rationalem visionē/ sui capacē prouocans creaturam. Necessaria itaq; nobis est visio spiritualis/ ne cęcitate mulctemur ęterna. Ad cuius quidem visionis existentiam sicut ad corporalem: tria fore necessaria probantur. Ad corporalē enim visionis perfectionem/ primo requiritur lumē: mediū visionis/ id est aerem illuminans. secundo videntis voluntas: visibilem speciem suis oculis imprimi permittens. tertio puritas oculorum: quatenus eis materialium rerū species intētionaliter seu spiritualiter imprimi possint. Quolibet enim horum remoto: corporalis visio remouetur. hoc modo ad supernaturalem visionem per quam iustificatur impius/ & a qua vita actiua incipit/ tria sunt necessaria: scilicet luminis gratię infusio/ libera volūtatis ad deum conuersio/ quæ aliter dicitur motus liberi arbitrij in deū/ et cōscientiæ pura emūdatio quæ aliter dicitur motus liberi arbitrij ī id quod est cōtra peccatū. Gratia autē dei duplex est: scilicet gratia gratis data siue pręueniens/ & gratia gratum faciens. Pręueniens gratia omnibus communiter etiam iudęis & gentilibus exhibetur. quoniam dei spiritu terrarum orbem replente: in omnem terram exiuit sonus gratiæ prę-

currentis/ et in fines orbis terrę verba eius & opera/ vt non sit qui se abscondat a calore eius. Proinde ablatum est omnibus excusationis velamen: ex quo vox euuãgelici tonitrui i rota/ audita est dicens. venite ad me oẽs qui laboratis bene operãdi difficultate/ & onerati estis sarcinis peccatorũ. ego reficiam vos vino pœnitentiæ liberi arbitrij vulnera medicando/ & lacte dulcoris gratiæ teneram vestrę fidei infantiam confouendo: donec CHRISTVS formetur in vobis. Venite ergo emite absq argento & absq vlla commutatione vinum & lac: solam afferentes credulę obediẽtiam voluntatis omnibus. patet CHRISTI ecclesia: baptismi luter lauacri gratiam expectantes prę foribus prę stolatur. lucernę gratiarum non sub modio: sed super candelabrum omnibus sunt exposite. mensa sacramentorum omnibus proposita est. postulet/ in fide vnusquisq quod optat nichil hęsitans. Non est enim personarum acceptor deus: qui omnem hominem vult saluum fieri & ad agnitionem veritatis venire. qui solem suum facit oriri super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Notandum tamen est q̃ q̃uis sol communiter omnibus arboribus lucis suæ radios superiaciat / & pluuia ęqualiter irriget vniuersas: quędam tamen nullos / quędam agrestes & inutiles vsibus hominum fructus ferunt. propter quod sagaces agricolæ veteres/ ramos agrestium & sterilium arborum amputantes: feraces bonorum fructuum surculos inserunt. vt suo tempore vtiles fructus ferãt. ferax quidem surculus & fructifer ex cœlesti erutus paradiso: lumen est gratiæ gratum facientis / ex qua non natum quoduis opus insipidum & inuti-

le prorſus habetur. Is gratiæ ſurculus omnibus qui-
dem offertur / ſed non omnibus inſeritur: nolenti-
bus multis agreſtes & ſteriles ſuę arboris ramos in-
credulitatem ſcilicet et cœleſtium mandatorum ino-
bedientiā amputare. vt vero ſurculus iſte noſtris agre
ſtibus cordibus inſeratur: tria (quę prius de viſione
tetigimus) requiruntur / gratiæ ſcilicet pręuentio / libe-
ra voluntatis ad deum conuerſio / conſcientiæ emun-
datio. pręueniens gratia quia datur a patre luminum
a quo omne datum optimum / & omne donum per-
fectum (ſcriptura teſte) deſcendit qui dat omnibus af-
fluenter non improperans: omnibus (vt prius dixi-
mus) pręſto eſt. ſed non ęque omnes liberum arbitri-
um accommodant: nec conſcientiam emundant. Ex
quo fit vt non inſeratur eorum mentibus ſurculus gra
tiæ ſubſequentis: ex qua & per quam fructus vitæ
perpetuę parturiret. Exhibetur autem gratia pręue-
niens duobus modis: a foris ſcilicet & ab intus. A fo-
ris quidem humanam excitat ſomnolentiam multis
modis: corporalis ſcilicet ęgritudinis flagellatione / tē-
poralium rerum & etiam amicorum amiſſione / ſcan-
dalorum occaſione / prędicatorū exhortatione / exem-
plorum ſanctorum conſyderatione / deuotarum per-
ſonarum collocutione / pulchrium creaturarum ad-
miratione / vt per ea quę facta ſunt inuiſibilia dei id
eſt ſapientiā & bonitatem intelligens / ad ſui tandem
creatoris compūgatur amorem. Ab intus vero prę-
ueniens gratia humana corda compungit domini-
cę ſcilicet paſſionis meditatione / beneficiorum dei re
cordatione / peccatorum ſuorum abominatione / bre-
uitatis pręſentis vitæ cōſyderatione / infernalis pœnę

et cœlestis gloriæ cōtemplatione/adnimaduertere faciens ꝙ bonitas & patientia dei misericorditer parcendo peccantibus pœnitētiam præstolatur. Ex superiori quoqꝫ ratiōis scintilla synteresis dicta/qua intellect⁹ humanus angelicis intelligētijs in ordine creaturarū contiguatur: innata est homini naturalis & indelebilis inclinatio ad bonum/ & detestatio mali. his monimentis electorum suorum corda/ deus secundum cuiusqꝫ proportionem/exigentiāqꝫ interdū ita compungit:vt attoniti & a suis consciētijs redarguti se in se colligentes/melioris vitæ propositum meditētur. Negocium hoc agitur gratiæ prçcedentis ad introductionē subsequentis & gratum facientis gratiæ disponentis. Nam anima hoc modo a prauis actibus & desyderijs ociante/ & dei timore attonita / et de proprij reatus conscientia pauida/quid agere debeat cogitāte: nascitur in ea naturalis peccatorū displicentia et dei beniuolentia naturalis/ibiqꝫ prçcurrēs gratia summis innixa viribus gradum sistit. Attrito itaqꝫ corde & quod in se est omnifariam faciente/propriaqꝫ virtute progredi non valente:tunc demum diuinç bonitati attitulatum est negocium consumandum. Et ecce prçclarius lumē gratiæ gratum faciētis/ veluti splēdor solaris radij insperatum & nullis condignis prçcedentibus meritis: infunditur animæ sic attritæ,Nam cū hoc lumine de⁹ quem nulla attigūt merita: semetipsum infundit. hçc enim est occulta operatio dei in anima/ cognitiuas & affectiuas animæ vires illuminans et compungens. Et hçc est consumatio gratiæ præcedentis & initium subsequentis. Estqꝫ hoc lumen supernaturale : quod prius diximus ad supernaturalem visionem requiri. Secundum quod ad supernaturalem visionem re-

quiri diximus: est ille liberi arbitrij motus in deum. secundum inq̃: non tempore/sed natura. Nam simul ac animę gratia infunditur: liberum arbitrium subito instātanee mouetur in deum. et ex ipsa animę vnione cū deo charitas orit̃. vbi enim deus et anima amoris glutinio vniuntur: illic deus simul infundit animę lumen gratiæ supra tempus. Et anima virtute infusi luminis/subito & in non tempore mouetur in deum: et ex vtriusq̧ occursu dei scilicet & animę/ charitas generatur: quæ amborum est vinculum & nexus amoris. ex qua quidem charitate nascitur tertium quod ad supernaturalem visionem requiri diximus/ emundatio scilicet conscientię: quę fit per motum liberi arbitrij contra peccatum. Hęc enim tria in iustificatione ita simul concurrunt: vt neq̧ primum/ neq̧ secūdum sibi per momentum deesse patiatur/ neq̧ tertium. Nā ex duobus generata (vt prius diximus) charitas: nullam patitur in conscientia/ peccati maculam residere. quę sua solum existentia multitudinem operit peccatorum: & informem attritionem in contritionem/ seipsa (id est charitate formata) commutat. hic itaq̧ est ordo iustificationis animæ peccatricis. primo (vt diximus) ordine quidem non temporis sed naturę gratia infunditur: qua mediante liberum arbitrium mouetur in deū. ex cui⁹ vnione: charitas orit̃. ex qua demū perfecta cōtritio generatur. Nata autē contritio/ mox lachrymis & dolore cōscientię sentinam infundit: & peccati odio ac bene agendi concepto proposito/ nuda/ simplici & non ficta confessione viciorum virus festinat euomere/ & sui reatus maculas voluntaria satisfactione detergere. hoc modo iustificatus peccator/ mox cantat: paratus sum et non sum turbatus/ vt cu-

ſtodiam mãdata tua dñe. Ex priſtinarũ tamẽ ſordiũ et pręcipue diuinę offenſionis recordatione/ſibimetip ſi vileſcit:& omne quod agit/diuinę maieſtatis intuitu villipendit. Quo fit vt humilitatis iudicio/veterem hominem cum actibus ſuis quotidie deſtruens:de die in diem bonis operibus renouetur/ & cordis oculi iuueneſcant. Quo demum agitur vt diuinæ viſitationis etiã ſubito & inſperato facto clamore ecce/ vide:nulla fiat in videndo difficultas vel mora/ vbi nec deeſt lumen gratiæ/viſibile deferens & oſtendens / nec ſanus oculus purgatę conſcientiæ ſpeciẽ viſibilem ſuſcipiens. Sed nec deeſt rectitudo liberi arbitrij:conſcientiæ oculum in deum reflectens. Hęc ergo de eo quod dicitur ecce:dicta ſufficiant.

¶DE TRIPLICI aduentu CHRISTI. Cap.II.



PVrgato tãdem cordis oculo/vide quid videas: ſponſus inquit venit. Notandũ ꝙ apud Grãmaticos hoc verbum venit per ſe ſumptum duplicis eſt temporis pręteriti ſcilicet et pręſentis/ & tamẽ hoc in loco parabolizat dominus de futuro. quod per excluſionem fatuarum virginum liquido innoteſcit. In pręſenti namq́ nuptiarum prandio/mali cum bonis pariter admittuntur: & in tantum nemo excluditur/ vt etiam de mandato regio intrare aliqui compellantur. illic vero non niſi qui parati fuerint : cum ſponſo ad nuptias introibunt. Aduertendum igitur/ notari hic poſſe aduentum triplicem ſponſi noſtri. In primo aduentu: homo factus eſt propter homines. In ſecundo:iuxta proportionem cordium do-

nis gratiarum quotidie illabitur in homines. In tertio: quod in mortibus ſingulorum particulariter agitur/ in fine ſeculi vniuerſaliter iudicaturus eſt homines.

¶ DE TRIBVS conſyderandis in aduentibus & actibus CHRISTI. Cap. III.



Erum in his tribus aduentibus CHRISTI & in cũctis eius operibus/ tria nobis conſyderanda occurrũt: ſcilicet circa habitudines eius immanentes & actus apparentes. cauſa enim creationis intellectualis & rationalis creaturę/ angeli ſcilicet & hominis eſt immenſa bonitas dei: vt capaci ad hoc conditę creaturę communicaret & oſtenderet ſuæ diuitias bonitatis. quatenus ſcilicet viſam diligeret/ dilectę vniretur/ vnita perpetuo frueretur. Et angelus quidem vnico motu liberi arbitrij/ ſuę creationis conſecutus eſt finem: homo vero in pręſenti vita multis motibus ad ęnigmaticam viſionem & tenuem pręlibationem adiutus gratia/ pedetentim conſurgit. Sed in futuro ęqualis angelis factus/ inebriabit̃ ab vbertate domus dei: & torrẽte potabitur voluptatis diuinæ/ deũq; facie ad faciem ſicuti eſt videbit. Cauſa autem dominicę incarnationis fuit inexſtimabilis dilectio charitatis/ qua deus ſic mũdum dilexit vt filiũ ſuũ vnigenitum daret: & miſerabilis conditio neceſſitatis/ qua genus humanum ob reatum originalis culpę innumeris calamitatibus obſitũ/ per ſe ipſum ſatiſfacere non valebat. Cauſæ vero operũ CHRISTI quæ in hoc mundo tã ſecũdũ diuinitatẽ q̃ ſecũdũ humanitatẽ operat⁹ eſt: quatuor

ſunt / ſcilicet eius amor / ęternus & increatus. amor eius creatus charitas dictus ex vnione hoīs & verbi cum cęteris gratię donis animę illius infuſis. humanę conditionis miſerāda neceſſitas. & reuerētia honoris paterni. hę ſūt cauſę primi aduētus CHRISTI / amabilis ſponſi noſtri & actuum eius tam immanentium q̄ apparentium in carne geſtorum. Dehinc conſyderandę ſunt ſponſi noſtri habitudines immanētes & actus apparentes: id eſt virtutes & actus virtutum. habitudo quidē illa qua ſe habet ad patrem: inacceſſibilis & incompręhenſibilis eſt a nobis. Ea nāq; eſt qua a patre ſine initio & abſq; viciſſitudinis obumbratione naſcitur: & qua pater in eo & per eum tanq̄ in arte et per artē ſuam / cuncta quę in cœlis et in terris ſunt videt / condit / ordinat / & gubernat. Ipſe enim dei virtus & dei ſapiētia eſt / & cōmunis cū patre ſpiritusſcti ſpirator qui ſpūs ſctūs amor eſt et nexus amborum / et omnium quę in cœlo & in terra ſunt electorū angelorum et hominum dulce viculum charitatis. De hac CHRISTI habitudine ſuperſedemus ad præſens: ſed de eius habitudinibus quę ab infuſis ſibi ſecundum humanitatem virtutibus cauſabantur / ſi placet pauca loquamur. Totidem quidem extant huiuſmodi habitudines / quot virtutes. quoniam ſingulę: ſingulas habēt. Cū autē in CHRISTO huiuſmodi habitudines innumerabiles fuerint / & nulla eas compręhendere valeat creatura: tres tantum de innumerabili numero / ad noſtram inſtructionem tollemus / ſcilicet humilitatem / charitatem & patientiam / quæ cęterarū omnium virtutū & omnis perfectionis principia ſunt et radices.

¶ De gemina CHRISTI humilitate. Cap. IIII.



Emina in CHRISTO secūdū geminā naturā inuenitur humilitas / scilicet dignātissima humiliatio deitatis & pfectissima humilitas hūanitatis. Diuina enim CHRISTI maiestas duplici nobis indicio humilitatē suā demonstrat. Primo dignatione assūptionis nostræ naturę / æternæ dānationis maledicto subiectę / in psonali vnitate formā serui accipiēdo: ita vt CHRISTVM boni & mali fratrē vere valeāt appellare / & viceuersa eos vocare fratres minime cōfundat. Secundo matris electione / quia non regis filiam sed pauperem mulierculam virginē / tamē purissimā elegit ī matrē: ita vt diuię dignationis humilitate / fragilis fœmina cęli & terrę & oīm quæ in eis sunt creatoris genitrix appellet. Et in tantū sibi in CHRISTO deus & homo sua cōmunicāt idiomata: vt quod per hominē actum est / deus egisse vere dicatur / et rursum diuinitatis opera de homine veraciter prædicētur. humanitatis autē CHRISTI perfectissima humilitas / signis euidētibus innotescit. Nam cū verbū caro factū plenū gratia & veritate scriptura testetur: nulli dubium quin in cōspectu paternę maiestatis humilis CHRISTI anima cū omni veneratione & reuerētia inclinata fuerit & submissa / quod est humilitatis verissimū argumentū. Ob hoc quicquid egit ad laudē & gloriā egit patris: nusq̄ quærens gloriā suā. Humilitas enī eū subiecit legalib⁹ cerimonijs & mādatis / scilicet circūcisiōi / oblationi / redēptioni / census redditioni. humilitate descēdit cū parētibus ab Hierusalē in Nazareth & erat subditus illis: haud dubiū eorū intendēs obsequijs & iussionibus obsecū-

dans.humilitate ad apostolatus sui mysterium elegit pauperes & ignobiles: inter quos erat nō sicut ille cui ministrat̄/sed sicut ille qui ministrat. Eorū pedes precīctus lintheo lauans necessitatibus oībus tam animę q̄ corporis benignissime succurrebat/ & quasi totius mūdi seruū se oibus exhibebat. Inter viperarū genimia baptizari voluit. hæc ergo nobis sunt verissimę humilitatis CHRISTI argumenta pariter & exempla.


¶DE CHARITATE CHRISTI. Cap.V.



Ecundā de CHRISTI virtutib9 tractandā/matrē virtutū sumpsimus charitatē. Charitas CHRISTI intellectiuas aīmæ suę vires eiusdē cōphēsionis suspendio/ & eiusdē fruitionis silētio sustulerat: qua nunc in cœlo plene glorificatus exultat. Charitas cor eius quasi virgulam fumi ex aromatibus paternæ laudis/ dilectiōis & venerationis/cōtinue ascēdere faciebat. pro hūanis necessitatib9 eū orare:& quęcūq3 ageret ad honorē patris agere psuadebat. Charitas deniq3 humanis eū īfirmitatibus tam corporis q̄ animæ cōdescendere faciebat/ corpora medēdo miraculis/& animas verbis/morib9 & exemplis. discite inquit a me quia mitis sum & humilis corde: & exemplū dedi vobis/ vt quēadmodum ego feci ita & vos faciatis. Turbā triduo fatigatā miraculosis panibus pauit in eremo. surdos fecit audire. mutos loqui. cæcos illuminauit. dæmones effugauit. erexit claudos. mūdauit leprosos. mortuos suscitauit. Sed hęc diuinæ dignationis opera: nō tam historialiter ī corporibus q̄ spiritualiter in mentibus hominū/ peracta credenda sunt. Quid plura? excellentia Charitatis CHRISTI nobis est inuestigabilis. Quoniā

ex fontano sancti spiritus pelago deriuata: oēm Charitatē creatā: vnionis gratia / dignitate nimirum regia antecellit.

¶ De patientia CHRISTI. CAp. VI.


Ed iam tertiam CHRISTI virtutem scilicet patientiam: paulo latius pertractemus. ipsa enī sponsū nostrū / ab ipso suæ natiuitatis articulo vsq; ad crucis mortē / & a planta pedis vsq; ad verticē capitis / mirādis ornatibus fecit insignē. Natus namq; in diuersorio: mox pānis villibus īuolutus / in p̄sepio reclinatur. Octauo die: fuso sanguine circūciditur. metu minātis gladij: in ægyptiū exiliū propellitur. parētū obsequijs īcuruatur. famē / sitim / & vigiliarū laborē ꝑpetitur. & post quadragenariū ieiunium: diabolicis tentationibus īprobe perurgetur. oēm iudęam locatim ꝑcurrendo / euangeliū gratiæ p̄dicāndo / ægrotos curando: gemiscit / laboribus fatiscit / clamoribus & circūfluentiū īportunitatibus molestat̄ / iudęorū iniurijs afficitur / obiurgatiōibus angitur / detractionibus carpitur / irrisionib⁹ deluditur / insidijs īpetitur / & virulētis odijs lacessitur. ad extremū vēdit̄ / traditur / capitur / & falsis testimonijs accusatur. cędit̄ / cōspuitur / illuditur / colaphizat̄: & vt reus mortis / plectendus iudici p̄sentatur. cōdēnatur / ligatur / flagellat̄ / spinis coronat̄: & homicida dimisso / crucifigi omniū vocibus acclamat̄. Baiulās sibi crucē ad mortē ducit̄: manibus acclauat̄ & pedibus. aceto potatur felleo. saturatur opprobrijs. gustus pascit̄ fellis amaritudie. olfactur screarū putore. auditus insultantiū exprobratione. visus larualium facierum irrisoria contortione / & materni doloris gemitibus & afflictione. ta-

ctus cruciatur dolore mutiplicis vulneris/extensione solutiua corporeę cōpaginis & asperitate penetrabilis frigoris. Super omnia autē piam animā summa charitate plenissimā torquebat cæca iudæorū obduratio/ in multis præteritis/ præsentibus & post futuris/ tam amare passionis frustratio/& pcipue multorū suo sanguine lauandorū nulla vel minima gratitudo. & futurorū iuramētorū passionis suę opprobria sibi exprobrantiū blasphematio. Ecce sic affectus sponsus noster: visus est impijs iudęis nō habere speciē neqꝫ decorem. Sed reuera nobis patiētiæ ostendit insignia: prębens se nobis/ præclarum speculum patiendi. Præter hæc autem omnia passionis genera: diuinitas sensualitati/ cōsolationis & gratiæ substraxit influxū: & in illius tam validę tēpestatis periculo: solo patiētiæ gubernaculo regebatur. Quod quasi admirās ipse clamat. Deus meus: deus meus quare dereliqsti me. verū sui doloris īmemor/ pro suis crucifixoribus orauit/ pater (inquit) ignosce illis quia nesciūt quid faciūt. & exauditus est pro sua reuerētia. Nā forsitan ignorantes tūc qd faciebāt: postea sūt misericordiā cōsecuti. Ecce spōsum nostrū triplici diademate coronatum/ humilitate scilicet/ charitate/ & patiētia. quibus nō nos sed pater eū ab initio coronauit. Quas ad mortē vsqꝫ deferens/ nō attriuit: sed gēmis radiātibus/ totūqꝫ mundū illuminantibus se vestiuit/ & crucē eisdē coronatus ascendit/ latusqꝫ aperiēs nō solū nostra debita soluit/ verū etiam ex sui cordis thesauro sacramentorū/ gratiarūqꝫ donatiua in suo nomīe militare volētibus est largitus. Post resurrectionem vero gloria & honore plenissime coronatus: propria virtute ascendit in cœlū/ sedensqꝫ ad patris dexterā: viuit & regnat in sæcula sæculorū.

hæc inq̃ de primo & preterito CHRISTI aduentu: dicta sufficiant.

¶DE SECVNDO CHRISTI aduentu: quo per gratiam illabitur animabus. Cap. VII.

SEcundus CHRISTI aduẽtus/ inuisibiliter agitur: dum quotidie electorũ suorũ mentibus/ gratia nouę visitationis illabitur. De hoc aduẽtu pauca dicturi: causas eius & modũ ponamus. Quotidianã itaq̃ nouę gratię infusionẽ et illapsũ diuiæ visitatiõis in corda fideliũ quadruplex parit causa/ scilicet diuia misericordia/ nostra indigentia/ diuinæ largitatis profluuiũ/ & nostræ paupertatis piũ desyderiũ. Qualiter autẽ his quatuor virtutũ plãtulę adolescãt/ & dona gratiæ cumulent: exẽplo visibili iq̃ram⁹. Sole nã q̃ solsticialẽ verticẽ ꝑmeãte/ & valli profundæ altrinsecus excelsis inclusę montibus sui feruoris radios infundẽte: tria beneficia cõsequitur vallis illa. quę nõ tam affatim campis planioribus cõcedũtur. ex montiũ quippe resplendẽtia iclarescit/ ex radiorũ solariũ influentia feruescit/ ex quo/ tertio/ vberi fructificẽtia opimescit. Vallis illa profunda: cor humile est. vir eni iustus in imo suę residens ꝑuitatis/ iã aiaduertẽs se nec esse/ nec posse aliquid a seipso/ nec deniq̃ quicq̃ se habere quod nõ accepit/ intantum vt i accepta iam gratia nec ꝑficere a semetipso se posse aduertat/ attẽdẽsq̃ se in multis offendere & i pluribus virtutũ actibus deficere/ ac negligẽter plurimos ꝑtrãsire: tũc hũilitatis sibi fodit altã vallẽ. In valle itaq̃ humilitatis & indigẽtiæ cõstitutus/ suã agnoscẽs veraciter pauꝑtatẽ: diuinę bonitatis misericordiã exclamat/ suã pandens indigentiã & diuinã munificentiã inter-

pellat. Et quia in hoc casu diuię maiestatis excellentiã & suę ꝑuitatis deficiẽtiã intuet̃: factus est vallis humilis & ꝓfunda. CHRISTVS ergo sol iustitiæ & misericordiæ in vertice solsticiali (id est in patris & spiritussancti æqualitate) ad paternã dexterã residẽs / & necessitatibus semꝑ humiliũ ad se clamantiũ cõdescẽdens: suę gratiæ radios in vallẽ illam / humiliati cordis infundit. Statimq; illi duo mõtes celsiores cęlis õnibus ĩtumescũt: gemina scilicet desyderia. vnum semꝑ laudãdi dñm / cũ omni reuerentia placide seruiendi. aliud virtutes ꝑfectius possidendi. hi inq̃ mõtes cœlo altiores sunt: quoniã diuinæ bonitatis misericordiam suis apicibus ĩmediate cõtingũt / & magnis clamorib9 pulsant diuinæ munificentiam largitatis. Quo fit vt animæ hoc modo amplioris gratiæ capaci effectæ dator dapsilis / dans oĩbus affluenter / etiã solis instar humilitatis eius valliculã / his altis mõtibus interclusam triplici munere opulẽtet. Siquidẽ aĩma humilis & humiliata / nouę gratiæ infusione clarius illustratur: charitatis dilectione feruidius inflammatur. ex quo demum virtutum perfectione & bonorum operũ opibus vberius locupletatur. hęc itaq; causa / hic modus / hæc encenia sponsi nostri visitatiõis ĩternę. Est pręter hũc alius quotidianę nouę gr̃ę infusiõis modus: quoties scilicet quis humiliter / nullũ gratiæ ponẽs obicẽ / quoduis ecclesiæ suscipit sacramentũ. Obices autẽ sacramẽtaliũ gratiarũ sunt. vt ĩ baptismate: fidei fictio. in pœnitentia: nulla cõtritio. in sũptione eucharistię: ꝓpositũ mortaliter peccãdi / ac sinistra intentio. & ĩ cęteris: quid simile. Hic est ergo sponsi CHRISTI nostri secundus & quotidie pręsens aduentus / nobis magnopere attẽdẽdus / & crebris desyderijs exoptãdus.

vt qui per nos stare aut procedere non valemus: frequentis visitationis eius gratia/confortemur.

¶ De aduentu CHRISTI ad iudiciũ. Cap. VIII.


Ertius & adhuc futurus CHRISTI aduentus/in iudicio extremo cõplebitur: & in singulorũ obitibus quodammodo pręuenitur. Circa hũc aduẽtum quinq; cõsyderãda sunt: scilicet/ causa/ modꝰ/testes/accusator/ & iudex. causa huius aduentus triplex est: scilicet temporis cõgratuitas/causę oportunitas/ & iudicis ęquitas. Tẽporis cõgratuitas specialis est dies obitus singulorũ/ & dies iudicij generalis. Omni enim animę in sua creatione & incorporatione cõstitutus est a deo certus terminꝰ sibi soli cognitꝰ: quẽ nullatenꝰ poterit aĩa ptęterire/ vt corpus deserens diuinis se cõspectibus repręsentet. Causę oportunitas est: vt anima de omni verbo quodcũq; locuta fuerit/ & de omni opere quodcũq; egerit: veritati omnia peruidenti rationẽ reddat. Iudicis autem ęquitas/ hunc ob hoc causat aduentũ: quia iustũ est vt irreuocabilis sententia ab imutabili ęquitate & infallibili veritate ferat᷑. CHRISTVS autẽ iustitia est inflexibilis & veritas infallibilis/ cui omne abditũ patet: quia filius dei est/ cui & pater õne dedit iudiciũ. iudicat ergo CHRISTVS: quia sapiẽtia est omĩa sciẽs/ virtus omnia potẽs/ iustitia recte sententians. Has ob tres causas agitur in mortes singulorum iudiciũ speciale: & in nouissimo die generale iudiciũ expectatur. Modus istius aduẽtus: est vnicuiq; iuxta propria merita secundum ęquitatis regulam premia reddere/ vel vindictam. Reddet enim iustis mercedem laborum suorum pro singulis suis operibus in deum recta in-

tentione relatis: seipsum bonũ imensum dando in premiũ. Nec dicimus humanũ quantũcũq; conatũ/ tãtũ bonũ aliquãdo digne posse promereri/ sed cooperãte deo humanis meritis agitur/ vt in virtute deitatis patratis operibus/ ipsa diuitas in premiũ cõgruitatis iustitia largiat. iiquos vero iusto iudicio/ æterno addicet incendio: quia cõtempto bono æterno & immutabili/ transitoriũ atq; mutabile elegerũt / & diuinũ honorẽ ꝓpria volũtate auertẽtes/ creaturis finaliter adhęserũt. Testes vero huius examinis angeli sunt / & propriæ conscientiæ singulorum: accusator diabolus/ iudex infallibilis IHESVS CHRISTVS cui omne imperiũ laus & honor in sęcula sęculorum.

¶ De quinq; generibus hominũ CHRISTI iudicio sistendorum. Cap. IX.



Vinq; autẽ genera hominũ/ CHRISTI sistẽtur iudicio: quoniam (vt ait apostolus) omnes stabimꝰ ante tribunal CHRISTI. primũ genus & pessimũ est falsorũ caterua Christianorũ in peccatis mortalibus sine cõtritione & pœnitẽtia morientiũ/ & quasi iumẽta in suis stercoribus putrescentiũ. hi eni quia CHRISTI mortẽ & eccl'iæ sacramẽta aut contẽpserũt aut eis frustra & indecẽter vsi fuerũt/ nec operibus misericordiæ / nec dominicis mãdatis operã impẽderũt: iusto dei iudicio ad tartari profunda dãnabũtur. Secũdũ genus est totus exercitus infideliũ. hi etsi in iudicio apparebũt: tamẽ quia nõ crediderunt iãdudum iudicati fuerunt. Qui enim non credit iam iudicatus est: & qui non diligit CHRISTVM/ manet in morte. minus tamẽ dãnatis Christianis apud inferos torquębũtur: quia cui mi

nus cōmittit/minus ab eo exigit: & seruus nesciēs volūtatē dñi sui: plagis paucioribus vapulabit. Tertium genus est turba pœnitentiū: qui nōdū pacta pœnitētia decedētes/per ignē purgatoriū liberant. Quartū genus est/numerus bonorū vl beatorū mādata dñica fideliter obseruantiū/aut de suis lapsibus pacta pœnitentia satisfacientiū/ charitatis/ misericordięq; operibus īsistentiū/ & plene in hac vita mūdatorū/sine purgatorio mox euolantiū. Quintū genus est societas pfectorū/qui corpalē exercitationē ad modicū vtilē pietate mentis excedētes/cōuersant in cęlis adhuc manētes in terris/in quibus vicaria charitate deus & ipsi in deo/amabilē & mutuo penetrabilē faciūt māsionem, in tātū vt solo tēporis & mortalitatis ītermediāte vmbraculo: sint difformes. nā mox corporis velamento deposito: in ictu oculi plena beatitudine pfruūtur. hi ī iudicio nō veniēt vt iudicent ipsi: sed vt CHRISTO in sede maiestatis suę sedēti assideāt/ duodecim trib9 israel iudicātes. Tūc nouissima omniū destruet mors: & omnis tēporalis pœna etiā purgatorij: finē sempiternū habebit. Benedicti vero patris cū suo rege/supna mox petēt: de clarissima visione/firmissima cōpręhēsione/& dulcissima fruitiōe diuię essentiæ in ęternū gaudētes. Hic est ergo terti9 CHRISTI aduēt9: quē vel singuli ī morte/vel ad extremū iudiciū oēs piter experimur. ¶ Epilogus aduētuū prædictorū. Cap. X.


D primi ergo aduētus mysteriū quo se deus humiliauit formā serui accipiēs/& humilitatis/charitatis & patiētię perfectissime gloriosa prębens documēta pariter & exempla factus est p nobis obediēs patri vsq; ad mortē crucis: nos cre

bro mentis oculos reflectentes/vt veri ministri eius simus/sequamur eius vestigia/foris pfectos virtutū mores/intus vero humilitatē charitatē/ & verā patientiā cordicitus emulemur. Secūdi vero aduētus frequētiā/ quo p gratiā electorū suorū illabit mētib9: quotidianis imo cōtinuis desyderijs inclamem9/vt non solū in accepta gratia psistere/ verūetiā virtutum incremētis proficere valeamus. Tertius deniq; aduentus desyderanter/cōfidenter & reuerēter nobis est expectādus: vt ab hoc ergastulo corporis absoluti/intrem9 in gaudium dñi nostri / & charitatis æternę glia pfruamur.


¶ DE EXITV quo exitur obuiā sponso. Cap. XI.



Vndificatis primū per charitatē & consciētiæ serenationē oculis cordis/& ostēso visibili/ id est sponsi aduentu triplici: quid agere debeamus insinuat/exite inquiens. Per gratiā enī & charitatē illuminatis cordib9 nrīs & CHRISTI dei sūmi visibilē gliosūq; aduentū attendētibus noua lux iustitię orit/idest desyderiū studiosis CHRISTVM moribus imitandi. Clamans ergo CHRISTVS ait exite. Tribus itinerib9 exitus iste cōplet: quia ad deū/ ad nos ipsos/& ad proximos exire iubemur. Ne autē in his exitibus deuijs cōfractibus oberrem9: charitatē & iustitiā duces inclytas subsequamur. Charitas siquidē quasi alueus ex ęterni amoris pelago deriuatus ad locū vnde exiuit semp reuerti conatur/q̄q̄ cōtinuitate essentiæ nunq̄ a sua origine seiūgitur. Iustitiæ vero riuulus ex latissimo charitatis alueo generatur. oēs virtutū/morūq; p̄ciosas margaritas cōgregat: quibus decet dei reginā (id est rōnalē aīam) adornari. vtraq; autem scilicet charitas & iustitia: tertiā pariūt virtutē

id est humilitatem: quæ moralis regni animæ est solidissimum fundamentũ. hę tres virtutes totam fabricam cæterarũ virtutum sustentant. Charitas namq; hominẽ immensę dei bonitatis vnde ipsa originata est conspectui semper sistit. quatinus eius adiutus gratia honorificentius deo viuat/firmioriq; gradu ꝓsistat: & in virtutibus latius adolescat. Iustitia autem hominẽ æternę veritati facit esse pręsentem: vt & ipse veritati patẽs/incremẽtũ luminis ab ea suscipiat/& adiut⁹ dei vultu absq; errore virtutes perficiat vniuersas. humilitas vero hominem diuinæ maiestatis obtutibus repręsentat: vt & semper suæ paruitati intendens/diuīæ potentiæ tota confidentia inhęreat / & nulla sui æstimatione tumescat.

¶DE HVMILITATE quę est exordiũ genealogiæ virtutum subscriptæ. Cap. XII.



ET quia humilitatem pro virtutum iecimus fũdamento: cathalogum seu poti⁹ genealogiã virtutum texere cupientes/ ab humilitate primitus exordiamur. Est autẽ humilitas: ꝓfũda cordis ī cõspectu diuinæ maiestatis inclinatio. Hac eni iustitia iubẽte: mox cor amantis charitatis instinctu inclinijs humilibus & deuotis adimplet. Animaduertẽs enim humilis CHRISTI amator tam potentẽ/tam excelsum/ tam per se diuitem sibi/ tam vili / tam exiguo / tam pauperi homunculo / tam fideliter / & in tanta paupertate seruisse/ hinc tanta in eius corde reuerentia/ tantaq; nascitur diuinæ veneratio maiestatis/quantã nec verbis/nec indicijs sufficit demonstrare. honorẽ nãq; & reuerẽtiã diuię magnitudini exhi-

bere extrinſecus quidem humilibus obſequijs/intrin-
ſecus vero reuerẽtibus inclinijs: eſt prim⁹ actus & de-
lectabiliſſimus humilitati/ ſuauiſſim⁹ charitati/ & de-
centiſſimus æquitati. Nequit ſiquidẽ cor humile veri
amantis / deo eiuſq; nobiliſſimæ humanitati hono-
res ſuo deſyderio ſufficiẽtes impendere: aut ſeſe ſatis
villipendere. Quo fit vt in diuini honoris exhibitione
et in humilibus obſequijs: ſe ſemꝑ deficere ac neglige-
re queruleť. nec modo deo / verũetiã ſanctæ matri ec-
cleſiæ/eiuſq; ſacris myſterijs & miniſtris reuerentiam
exhibet humilẽ & cõdignã. frugalis proĩde eſt ĩ cibo/
potu/& veſtibus / moderatus ĩ verbis/reſponſis & ge-
ſtibus/humilibus obſequijs & actibus prõptus/ & in
omni ſua cõuerſatiõe nõ fictus neq; cõptus. tã mẽtalẽ
quoq; q̃ corporalẽ exercitationẽ: tam dei q̃ hoĩm con-
ſpectib⁹ tãta humilitate venuſtat/vt nulli tribuat ma-
teriam offendendi. Sic ergo firmata humilitate virtu-
tum omniũ fundamento: deſtruiť ſuꝑbia malorũ oĩm
ĩitiũ & radix. Quid plura? Quibus te laudib⁹ efferã o
dulcis hũilitas deo chara/ãgelis grata & hoĩb⁹ ama-
bilis. Per te ſiquidẽ diaboli/ſęculi/& pctĩ multiplex la
queus cõteriť. per te tui poſſeſſor ĩ ſeſe oportun⁹ & be-
ne ordinatus efficitur: & in ꝓpria virtutũ cõſtituiť re-
gione. Per te tuis cœli ianua aperitur: & tui gratia eo-
rũ orõnibus ĩclinat altiſſimus aures excellẽtiſſimę ma
ieſtatis. Per te tui altę conualles effecti/ gratiarum re-
plẽtur fluentis : & ne vlla minax tempeſtas concutiat
CHRISTO ſolidę petræ radicitus ĩfundanť. in qua
omnem ædificatione humiliter cõſtructã: ſi ruant vẽ-
ti tentationũ/& fluant flumina viciorũ/non poterunt
mouere vnq̃. fundatũ eſt enim ſupra firmiſſimũ fun-
damentum.

ℂDE OBEDIENTIA. Cap.XIII.



Ater vero hũilitas primã filiã obe diẽtiã gignit.neq̧ enĩ q̃s vere & cordicitus obediens eſt pręter humilẽ:nec niſi per obedientiã/humilitas vera probat̃.Eſt autẽ obediẽtia ſubmiſſę flexibilitas volũtatis & ad omne bonũ ĩfatigabilis aĩmi prõptitudo.obediẽtia quidẽ ſuo ordini ĩſerit vniuerſa.ipſa enĩ carnẽ ſpiritui & ſpiritũ ſuo ſubigit creatori. quatinus deo ſpiritũ & ſpiritu ſenſualitatẽ gubernãte: hoſtia viuẽs/ſancta/ deo placẽs/ & rationabile obſequiũ offeratur.nec modo dei mãdatis & diuĩæ ſubdit hominẽ voluntati:verũetiã eccleſiaſticis ſubijcit ſacramẽtis/præceptis/iuſſionibus/ conſilijs/dogmatibus/ſcripturis/ & moribus vniuerſis. Subiectũq̧ facit hominem õni humanæ creaturæ propter deum:& in dandis conſilijs/auxilijs/& obſequijs tam corporalibus q̃ ſpiritualibus promptum facit & hilarem/prout ſalua diſcretionis regula/vnicuiq̧ nouerit oportunũ.per eã ſuperbiæ filia inobedientia virulenta vipera enecatur/ et humilitas tanq̃ per ſuam ſobolem genitrix/dilatatis bonorum actuum fimbrijs propalatur.ipſa prælatis reuerentiã & authoritatem/ſubiectis condeſcentiã et benignitatem exhiberi procurat/ et pace continua fœderat vniuerſos.ipſa amatorem ſuum inferioribus reddit imitabilẽ/æqualibus conſociabilem/ſuperioribus amabilem/deo acceptabilem/& ab eo exaltabilẽ/ æternſiq̧ gratię donis ditabilem.

ℂDE ABDICATIONE PROPRIAE VOLVNTATIS. Cap.XIIII.



Bediētia autē generat abdicationē ꝓpriē volūtatis. nā digitis quodā modo palpabile est: neminem posse suam in alterius transfundere voluntatē nisi is dūtaxat/ qui matris obediētiæ fuerit vberibus ablactatus/ q̄uis saluo propriæ voluntatis dominio posset quis in exterioribus actibus alienis se volūtatibus cōformare. Propriæ autē voluntatis abdicatio suū prohibet possessorē/ specialem quēlibet viuendi modū/ vitis sanctorū ac doctrinis dissimilē vsurpare: sed in omni sua conuersatione dei honorē suadet attēdere/ p̄ceptis dn̄icis & eccl'asticis obedire/ & salua discretiōis norma/ eorū cū quibus viuit/ morib9 cōcordare. Per abdicationē etiā ꝓpriē volūtatis i agēdis & patiēdis: tota materia & oīs occasio supbiē peit9 anullat/ & hūilitas i sūmogradu cōsumat/ dei volūtas pleno dn̄io fungit/ & hoīs volūtas diuiē volūtati sic vnit/ vt cōtrariū velle nequeat/ vel optare. istiusmodi volūtatis ꝓpriē abdicator: exuit veterē hominē cū actibus suis/ & indutus est nouū homiuē qui secundū deū creatus est/ renouatus i iustitia & sauctitate voluntatis diuiē. De huiusmodi in euāgelio veritas loquitur. Beati pauperes spiritu/ abdicatores scilicet propriē volūtatis/ quoniā ipsorū est regnū cœlorū.

¶ DE PATIENTIA. Cap. XV.



Bdicatio ꝓpriē volūtatis patiētiā parit. neq; eni quis ꝑfecte patiēs i oib9 esse valet: q nō diuiē volūtati ꝓpriā ita subegerit/ vt subiectus sit etiā oi hūanē creaturē ꝓpter deū i licitis honestis & vtilibus. Est aūt patiētia oīm vel dei ꝑmissione/ vel creaturarū illatiōe / accidētiū pacata tolerātia. pa-

tiētē q̄ppe nō cōtristat q̄cquid ei acciderit/ neq̧ scilicet tēporaliū bonorū/aut amicorū amissio/aut morborū/ aut scādalorū icursio/neq̧ vita/neq̧ mors/neq̧ purgatoriū/neq̧ diabol⁹ vel ifern⁹ qui verę charitatis ipio diuinę sese p̄ oia subijciat volūtati.vnde quia eū de mortali pctō ꝓpria cōsciētia nō accusat:bn̄ est ei quicquid deus iusserit tolerare/siue tp̄ale fuerit/siue ęternū.per patiētiā homo mirifice decorat̄/aduersus spiritū iracūdię quo multipliciter cōcutit̄ & ad varias tētatiōes disponitur: munite armatur.

¶ DE MITITATE. Cap.XVI.

PAtiētia autē generat mititatē. nemo enī in aduersis vere mitis existit: nisi is solū cui patiētia suffragat̄. Mititas possessori suo pacē de oībus pollicet̄:qm̄ mansueti hęreditabūt terrā/& delectabūtur in multitudie pacis.mitis leuiter sustinet dura verba/terribilia in se corpis agitamēta/iracūdiæ furiosa opa/& oēm q̄uis iiuriā(seruata pace cordis)facile floxifacit.nā nil aliud est mititas: q̄ i vera patiētia trāq̄llitas.p̄ mititatē vis irascibil̄ cū quodā silētio imobilitat̄/cōcupiscibilis virtutibus sublimat̄ / rōnalis hoc aduertēs letat̄:& cōsciētia tātę dulcedis gustu pace mirifice trāq̄llat̄.Deniq̧ p̄ eā irę tyrānis ꝓrsus destruit̄/ q̄escēte dei spū sup̄ hūilē & q̄etū.de istiusmodi quoq̧ veritas dicit.Beati mites quoniā ipsi possidebūt terrā id est naturę ꝓprię quietā possessionē/& tēp̄aliū rerū tranquillo vsu gaudebunt.

¶ DE BENIGNITATE. Cap.XVII.

MItitas deniq̧ benignitatē gignit.nā palā oīb⁹ inotescit:solū mitē veraciter esse benignū.Benignitas iracūdorū animos/blanda humani-

tate/ dulci affabilitate & pijs actibus nititur emolire: vbi spes spondet effectum. Per benignitatē charitatis fructuositas cōualescit. quoniā cor humanum benignitate refertū est q̄si lampas oleo plena/errantibus quidem/bonis lucēs exemplis/desolatos & tristes blādis vngens alloquijs/& iracūdiæ iaculo sauciatos pijs verbis medicans atq obsequijs/ et mentes virtutibus pingues/ardore charitatis accendens/ nō odijs/nō inuidentijs alienis vitrea fragilitate tabescens/sed fraternæ dilectionis metallica firmitate indurescens.

¶DE COMPASSIONE. Cap.XVIII.

BEnignitas autem compassionem parit. nam sole piæ mētes: omnium necessitatibus benigna cōpassione condescendūt. Est autem compassio:ad omnē necessitatem pia cordis commotio. Compassio/ pium CHRISTI militem regi suo tam crudeliter occiso compati facit imprimens eius menti/ tam necessariam mortis causam/ tam piam & promptam patiendi voluntatē/tā dura verba/ duriora verbera/durissima crucis tormenta. quorū amara recordatio/ piū cor/lachrymosa cōpassione cōcutit/ & cum CHRISTO sponso dolorosa dilectiōe cōcrucifigit. Cōpassio proprias suadet attēdere negligētias & defect⁹/teporē/& pigritiā/ tēporis amissionē/& i virtutib⁹/moribusq p̄fectis tātā p̄prio neglectu pauperiē. horum cōsyderatiōe homo salutari compassione/suæ animæ miseretur:vt deo placeat/totis deiceps viribus elaborans. Compassio deniq hortatur perpendere erratus multiplices/proximorum/dei scilicet & æternæ beatitudinis paruipensionem/ diuinorum benefi-


ciorũ tam in actionibus q̃ in passionibns ingratitudi-
nem/tantã eorũ in virtutũ cognitione / possessione &
exercitio pauptatẽ/eorũq; viceuersa tantã ĩ nequitijs
et astutijs sæcularib⁹ sagacitatẽ/tam diligentẽ lucrorũ
temporaliũ indaginẽ/ & tã nullã aut tenuẽ voluntatẽ
& festinantiã/ad æternorũ bonorũ quęrendã fœlicita
tem.horũ cõsyderatione cõpassionis stimulo/ mẽs pia
cõpũgitur & desyderio salutis oĩm inflãmatur. cõpas
sio proĩde necessitatibus omniũ corporalibus miseri-
corditer permouet̃:aduertens in alijs famẽ/ sitim/ fri-
gora nuditates/ęgritudines/indigentiã plurimã/iniu-
rias multipharias/& cõtemptus.In alijs tẽporaliũ pas
sionũ & amicorũ amissiones/ honoris & bonæ famæ
corruptiones/pacis & quietudinis turbationes / & in-
numerorũ accidentiũ humanã naturã prementiũ du
ros euentus.horũ attentio benignã animã pia cõpas-
sione cruciat. Sed sup omnia dolori est huiusmodi af
flictorũ impatiẽtia/nõ solũ nulla in suis aduersitatib⁹
meritorũ premia cumulantiũ:verũ insup æterna per
intolerãtiã supplicia ꝓmerẽtiũ.hoc sane est cõpassiõis
negociũ.Cęterũ per cõpassionẽ tertia mortaliũ crimi-
dare. diuĩę laudis nullꝰ eſt finis. q̃m i ea cõſtat ſtatꝰ nr̃ę
btitudinis. laudemꝰ & ſup̃exaltemꝰ eũ i ſęcula. Naſcit̃
autẽ ex deuota gratitudĩe geminꝰ dolor i corde/ et du
plex i deſyderio pęna. vnꝰ ex defectu et icõplemẽto di
uię laudis/ honoris/ gr̃arũ actiõis et debiti ſeruitij Aliꝰ
dolor eſt ꝓ defectu i icremẽto virtutũ: q̃a nõ ita i chari
tate virtutibꝰ et moribꝰ ꝓficimꝰ et augemur/ vt deũ lau
dare/ honorare/ gratias agere et ſeruire illi (pro vt ra-
tio docet) digni aliquatenus reddamur. Hi duo dolo-

res sunt radix & fructus/principium & finis omnium spiritualis vitæ virtutum. Siquidem initim⁹ dolor pro defęctu & imperfectione virtutũ & laudis diuinę: est supremum opus in hoc primo gradu primi aduent⁹ visitationis internę. & per illũ huius negociũ plenissime consumatur.

¶Duo exẽpla/exercitiũ grad⁹ hui⁹ ostẽdẽtia Ca.XI



D tentandam autem formã exercitij huiusmodi gradus: duo in naturalib⁹ exẽplaria ꝓponamus. Cacab⁹ liquore quouis plenus/calore ignis supferuens scatu rit & ebulit/ cũq͡ʒ in supremũ cacabi eleuata fuerit scaturigo/ subito liquor in profundum relabitur/noua denuo scatebra erupturus/ ita & vt ignis liquorem semper agitet & impellat/& liquor semꝑ scateat & ebuliat: hoc modo internus sancti spiritus ignis cor & omnes animę vires ad diuinę laudis scaturiginẽ eo modo(quo supra dixim⁹)agitat/ suscitat/ & extollit: & rursus in suum focum sancti spiritus igne calẽtem relabens/noua denuo ebulitione sustollitur in idipsum.ita vt ignis amoris in foco cordis semꝑ ardeat: et cor in diuinas laudes/gratiarũq͡ʒ actiones verbis & actibus semper scateat/semperq͡ʒ humilitate subnixũ in comparatione eorum quę vel debito sibi agenda iudicat/vel quotidianis suspirijs superogare desyderat/ quęcunq͡ʒ egerit paruipendat. Rursus verno tempore sole ad nos ascendente/ & estate iam in ianuis prętudente: solaris vi caloris terrę viscera penetrãtis/humores ex radicibus per truncũ leuantur in ramos/ cœlestiq͡ʒ potentia frondes floresq͡ʒ passim in arboribus producunt. Simili nimirũ modo/ ęterno sole CHRISTO in cordibus nostris ascẽdente/floridaq͡ʒ virtutũ

vernãntia ſpiritualis vitæ eſtate ſe adeſſe nunciante: noſtris affectibus ſuæ viſitationis infundat radios et calorem/& corda noſtra ab ima terrenorum multitudine intra ſeipſa colligens & vniẽs/amoris ardore com pungit/affectioneq́ʒ frondifera & gratitudine fructifera eſſe facit. fructifera inquã fructibus pręmaturis: qui in cellario hũilitatis quod dolor pro defectu & negligentia vitæ ſibi fodit: congeſti ſeruantur menſę cõuiuij fœlicitatis ęternę. in q̃ ſuarũ labores manuũ fœliciter mãducabũt. Hęc de primo gradu viſitatiõis diuinæ: quo ſenſitiua pars animæ counitur: dicta ſint.

¶ DE ſecũdo gradu primi ſpũalis CHRISTI aduẽtus: quo infunditur cordis ſuauitas. Cap. XII.

QVoniãquidẽ primũ ſpũalẽ CHRISTI aduẽtum quatuor gradibus aſcẽdẽtem/ ſolis illuminationi in primi grad⁹ diſcuſſione cõparauim⁹: nũc propter faciliorẽ intelligẽtiã reliquos (cõpationib⁹ ſimilibus) iuxta curſum ſolis ſemiãnuũ proſequamur. In primo igiť gradu/ vernali amenitate refecti futurę eſtatis olfecimus vbertatẽ: nũc ad fructuum ſuauitatẽ guſtandã/ corde famelico accedam⁹. igiť ſole martio/ apriliq́ʒ trãſactis quotidianis reuolutionib⁹ per maij tẽpus ad nos ſcandẽte eſtatiq́ʒ principiũ tribuẽte: ſolis virtus efficaciaq́ʒ/ tum propter patientis ſolis diſpoſitionẽ/ tũ ꝓpter agẽtis ſolis approximationem in terrę naſcentibus geminatur. eo tempore benignitate cœli regnante & oportunitati temporis fauẽte: humores terrę calore in aera ſubleuanť/ ros & pluuia generantur / fructus terrę incrementis continuis multiplicanť. Hoc mõ ſole lucifluo IHESV CHRISTO/ in nr̃is cordib⁹ ſuꝑ oĩa exaltato / & naturalibus

appetitibus ſpiritui contrarijs/ diſcretionis moderamine refrenatis/ virtutibuſq; iuxta formã prioris grad9 poſſeſſis/ nec nõ virtutum adipibus id eſt ſaporib9 & delectationibus in ſacrificiũ laudis/ & gratiarũ actionis/ ardore charitatis oblatis: iã tũc ſpirituali ineunte eſtate nou9 hymber īternę cõſolationis/ & diuinę dulcedinis/ cœlicus ros diſtillant/ terrã cordis inebriãtes/ et(niſi ex parte eius impedimentum fuerit) germinare eam facientes virtutũ gemino incremẽto. hic eſt ſpiritualis viſitationis CHRITI nou9 aduẽtus/ receſſq; ſancti ſpiritus operatio in gradũ interni exercitij ſubuehẽs altiorem. CHRISTVS quoq; in hoc ſuo aduentu clamat dicens: exite ſpiritualis exercitij greſſib9/ ſecundum exigentiam huius aduentus mei. huius vero conſolationis ſuauitate guſtata: repente cor & omnes ſenſitiuę potentię/ tanto internę voluptatis torrente potantur/ vt ſe æſtimet homo diuinis amplexibus amoris penitus inuolutum. hę delicię cunctis mundi voluptatibus ſunt maiores: etiam ſi omnes vna poſſet capere creatura. in huius voluptatis infuſione: deus pariter per ſua dona cordi elabitur: ſic affecto/ tante ſuauitatis ſaporem tantęq; iocunditatis conſolationẽ ſecum ferens: vt cor ipſum voluptate dulciflua faciat extrinſecus exundare. huius voluptatis abundantia ingerit cordis cogitatui: quantis ij qui nõ diligũt/ mortis calamitatibus occupẽtur. hęc voluptas quoddam cauſat cordis profluuium: ita vt ſe homo prę vbertate letitię/ nequeat continere.

ℭ DE SPIRITVALI EBRIETATE. Cap. XIII.



Aec autē voluptas bibulo corde potata: ebrietatem parturit ſpiritualem. Eſt vero ſpiritualis ebrietas: vberior affectiui ſaporis & internę voluptatis in corde receptio/ vberior inquā q̄ poſſit cor ipſū digerere aut deſyderiū exoptare. Spūalis ebrietas: in diuerſis ſpiritualibus ebrijs multiformib⁹ corporis geſtib⁹ profluit & exundat. quidā enī canticis & diuinis laudibus plenitudinē pandunt leticię. quidā vberibus lachrymis dulcedinis exprimūt vbertatem. aliquorum membra tanta occupat impatiens titillatio: vt eos cogat aut currere/ aut ſalire/ aut pedib⁹ tripudiare/ aut manib⁹ plaudere. iſte clamoribus plenitudinem cordis oſtendit. ille in ſilentio & itra ſe: dulcedinis voluptate liqueſcit. hic putat omnes ſentire qđ ſentit. Ille neminem eſtimat tantis delicijs abundare. Aliquando qui huiuſmodi eſt: credit ſe amittere non poſſe/ vel amiſſurum eſſe quam ſentit copiam voluptatis. Aliquando miratur cur non omnes conuertantur ad dominum: vt tantis inebriētur delicijs internę ſuauitatis. nonnunq̄ putat deum ſibi ſoli intendere & alios tantę dulcedinis vacuos prętertire. nonnunq̄ ad tam grande ſui ſtupet miraculum/ mirās ſecum quid ſit/ quod ſentit/ vnde veniat/ aut quo tendat/ ſeu quid contigerit ſibi. Hęc eſt delicioſior vita ſecundum cordis affectionem: quę haberi poteſt ab homine/ in hoc terreno habitaculo conſtituto. interdum autem ebrioſulus noſter tanta prę diuinę dulcedinis influentia deliciarum vbertate repletur: vt cor eius quaſi vaſculum muſto plenum abſq; ſpiraculo: ſubitam minetur rupturam. Ne igitur crepet doliolum ſui cordis: aperiat ſibi flammiuomæ

deuotionis acumen ſpiraculum laudis & gratiarum actionis/ & tota cordis humilitate ſuſpirans dicat. Cõfiteor dñe/ te quidẽ omnia poſſe & ſpirare vbi vis/ & bonitatis tuę dulcedinem diuidere ſingulis pro vt vis: melliflue tamen bonitati inueſtigabilis voluntatis tuę tota(qua valeo)cordis intentione gratias ago. quia me tam degenerem & mutilem ſeruulum in benedictionibus dulcedinis tuę pręuenis. Nam mille annorum ſi ſequeretur ſeruitium: tantę ſuauitatis ſolo vinceres libamento. indignus plane & nichil ego ſum: tu vide q̄d feceris. da tamen dñe quod das/ infunde quod infundis. ſed ne fruſtra dederis dona tua: bonitatis fauore proſequere. vt & data conſerues/ conſeruata germinare facias: & fructũ ferre bonitatis ęternę. Huiuſcemodi humilitate vinea dñi ſabaoth/ cor ſcilicet temulẽtũ: pingui⁹ paſcit̃/ vt altiorũ virtutũ vberes ferat botros.

¶ Quomodo q̄dã ĩ hac ebrietate tẽtent̃. Cap. XIIII



VErum quia hęc deliciarum vbertas conceditur aliquibus in ſuę conuerſionis initio integra voluntate conuerſis/ & mundi ſolatia vt ſoli deo vacẽt toto corde ſpernẽtib⁹: tenelli tamẽ virib⁹/ & tales quib⁹ lacte conſolationis opus eſt/ non ſolidæ tentationis ſeu diuinę derelictionis/ cibo modicis tẽtationibus elidũtur. vñ ĩ veris fine ſiue eſtatis initio adhuc floreſcẽtib⁹ arborib⁹/ & in pricipio diei nondũ ſole altius eleuato/ futurorũ fructuũ flores duob⁹ frequẽter periculis id eſt pruina & nebula ĩpetunt̃. quid ꝑ pruinã: niſi occulta cordis ſignatur elatio. In hoc itaq; florido ſpiritualis vitæ gradu / illi pruinę frigore cõſtrĩgũtur: qui putant ſe aliquid eſſe cum nichil ſint/ ſeducentes ſeipſos/ ſeu qui ſui meriti condignam ſe reputant acce-

pisse mercedē/facti sicut vter in pruina tabescens. hæc est pruina flosculos perimēs/ & fructus anullās. Quid vero per nebulā nisi ratiōis notatur obscuratio/ & qđ poti⁹ i hoc gradu rōnē obscurat & flores/idest animæ vires bonorū operū fructuū feraces/cōplodit/ q̃ delectari in donis diuinæ dulcedinis & cōsolationis/ & nō in laudē donātis cū oī gratiarū actione assurgere? ob hoc plerūq; amittit agnitio veritatis: & obtinet quidā diabolicę fictionis sapor suauitatis/ tandē miserū fallaciter seducentis.

¶ Cautela contra tentationes. Cap. XV.


T autem pręfatas tentatiunculas cautela īgenua euadam⁹: breui in volatibus apis exemplo mirifico doceamur. Ipsa quippe vnitatē suæ cōgregationis inhabitās euolat nō q̄dē in turbine hymbriū vel vētorū/sed i serenioris aurę placore/sole luminosius radiante/ & omnes flores dulcedine p̄ditos girouaga circūlustrat/nullius floris pulchritudīe/nulliusq; capta dulcedīe moras īnectit/ sed oēs passim & breuiter circūuoluās aculei sui manu materiā extrahit mellis & cerę. Et in suę cōgregationis habitaculū congerens/vtilissime fructificat: p̄cipuā cōficiens rem dulcedinis/& p̄ciosum luminis nutrimentū. Apiculę igit̄ prudentiā emulare. ecce CHRISTVS sol claritatis æternę electorū suorū corda deuotione patula lumīe suę claritatis irradians: īteriora omnia florū dulcedīe & iocunditatis amenitate melliflua reddit venusta. Tu ergo si sapiēs fueris: apis exēplo singula dei dona dulcia/tam pręterita/q̄ pręsentia / rōnis/cōsyderationisq; alis circūuola/& charitatis/discretionisq; aculeo/ ita singularis diuinę cōsolationis suauitates deliba. vt

nusq̃ morã cõtrahas: sed ex omnibus materiã mellis scilicet laudis & gratiarũ actionis enucleans: onustus ad diuini amoris euoles vnitatẽ. in qua cum deo manere desyderes ięternũ. Hic est secũdus grad⁹ primi spiritualis aduentus CHRISTI: inferiorẽ hominis partẽ ornãs.


QVAE EST DIVINAE vnitatis inuitatio cor vulnerans. Cap. XVI.



Xacto itaq; maio/sole cursus sui in gyrũ ad estiuũ solstitiũ flectẽte & iã Iunij mediũ obtinẽte maiori terra feruore torretur/soleq; humores terrę copiosius attrahente terra siccatur. ãplius & terrę nascẽtia citius maturescũt. Hoc modo sole iustitiæ CHRISTO in nostris cordibus gradu sublimissimo exaltato/idest omnibus cõsolationis & dulcedinis suę donis quantũlibet pręcipuis postergatis/suam nobis amãtissimã pręsentiã & amplexus dulcissimos emulãtibus/ humliq; laude & intima gratiarum actiõe ad dei diuitiarũ pelag⁹ vnde omnia dona profluũt reuertẽtibus: omnia idest oẽs aiæ nostræ potentias trahere nititur ad seipsũ. Corde itaq; amãtis ab omnibus diuinæ cõsolationis saporibus ĩuicto ac penitus nõ detento/ sed omnia (vt eũ quẽ diligit inueniat) trãscẽdente: mox terti⁹ diuinæ visitationis gradus ascẽditur/ inferiorẽ animæ partẽ eleuãs & exornans. huius visitationis operatio/ quędã est diuina inuitatio seu allectio/affectũ cordis & omnes vires sursum trahens/ & ad suã vnionẽ alliciens & inuitans/ clamãsq; exite de terra ac patria cordis vestri/ & venite in eam quã mõstrauero vobis regionẽ vnitatis meę/secundũ exigentiã tract⁹ mei. hui⁹ tract⁹ significantiã nõ pla

nius exprimere possumus inexpertis: nisi quod prius diximus repetam⁹/ipsum scilicet fore allectionē quādam seu inuitationem dei/cor ad suę vnitatis cōplexū intrinsecus iuitantis. hęc inuitatio super ōnes priores delicias/cor amātis afficit et delectat/ipsū i nouo gradu erigēs exercitij altioris. Inuitatio enim ad tātarum deliciarū copiam/toto mox affectu hiantibus arterijs se explodit & omnes animæ vires ad tantę pacis & charitatis vīculū toto se desyderio pręparant & exornant. hæc autē inuitatio: est quædā CHRISTI ęterni solis illuminatio/cor ipsum tātę dilectionis gaudio tam explodens/vt nulla queat humana virtute recludi. Huius rei causa cor intrinsecus vulneratur & amoris patitur lesionē. Amor tamen etsi vulnerat non cōtristat. Nam eius vulneratio pariter & dulcissima passio/grauissima pœna. vulnus sane amoris est verissimum post futuræ signaculū sanitatis/causans simul gaudiū & dolorem. deniq; vulnerato cordi CHRISTVS sol splendidus radios suæ claritatis infundit ad suæ rursus amplexū vnitatis inuitans/ ac per hoc cordis vulnus renouās & relidēs.

DE LANGORE & īpatientia amoris. C. XVII.


HRISTO autem cor huiusmodi visitatiōis gr̄a iuitāte/ & corde se nuptialiter paratū ad vniōis osculū totis virib⁹ erigēte & tn̄ vnitatis copulā cōseq nō valēte: mox ī lāgorē īcidit sp̄ualē. Nā cordis vitalib⁹/amoris aculeo sauciatis: cū obtīere nō ꝑualet qd̄ sup̄ oia cōcupiscit/ & illic remanere cōpellit̄ vbi & ex ip̄a māsiōis necessitate āpli⁹ lāguescit/ & iter hęc orto lāgore ꝑturit & ge

miſcit. hoc eni tēpore æterno ſole CHRISTO ad altiora animi exaltato/ & eſtiferos lucis ſuę radios affe-ctione cordis/ intima ardoris cōpūctione eſtuātis diuinitus infundēte: recēs feruor priori additus/ alterati humores corporis adurit/ cōſumit & ſiccat naturę fortitudinē/ debilitate corpis infringendo. itaq₃ affectuoſa cordis ad oblatū ſibi vnionis oſculum anhelatio/ & ęterni ſolis ęſtifera irradiatio cōtinuitatē cauſant languoris. Sed ne paueas lector ſane. lāguor eni iſte non eſt ad mortē: ſed vt manifeſtēt opera ſolis noſtri. Cæterū aīa diuini cōplexus oſculū cōſequi nō valente & carere eo omnimode nō volēte: inter hæc/ amoris impatientia generatur/ tam exteriora/ q̄ interiora omnia intolerabili eſtuatione perurgens. qua durante nulli⁹ eam vſus creaturę delectat: nec in oībus īuenit vbi caput ſuū libeat ſeu cōſentiat reclinare. hac aūt impatiētia regnante: nōnūq̄ multa ſpiritualiū ſenſuū ſubtilia reuelantur eloquia/ & infunditur doctrina ſapiētię ſingularis. amor impatiēs paratus eſt oīa ſuſtinere: vt id quod amat valeat obtinere. Eſt autē amoris īpatiētia: interna quædā animi incōſtātia eſtuās/ & oībus monitis obtemperare recuſans/ donec quod diligit aſſeq̄tur. Amoris īpatientia cor amātis exedit/ & ſanguinē eius ebibit. In hoc gradu ītern⁹ feruor cordis/ validior eſt prę oībus gradibus huius ſpiritualis eſtatis/ corporalē naturā abſq₃ exteriori labore & intrinſecus conterens & cōſumens / & fructus ſpiritualiū virtutū plus gradibus antedictis decoquēs & maturās. Porro poſt Iunij primā feruentis eſtatis particulā : mediam Iulius obtinet/ ſole multomagis intendente calorem. Similiter regnante amoris īpatientia : CHRISTVS ſol fulgidus calorem ſuū adauget. nam ſuæ claritatis

radij tanto feruore cor ĩpatientis amatoris ĩurũt: vt ĩtimũ sanguinẽ faciãt ebulire. Ipsa quoq; amoris ĩpatiẽtia sup oẽs spũales exercitij gradus/violẽtũ sibi vẽdicat principatũ. nam alijs modũ quẽlibet certũ obseruantibus: ipsa sola hũc modũ elegit / vt careat modo. Aliquãdo amator ĩpatiens anhelo desyderio/ estuantiq; ĩpatientia a carcere corpis cupit absolui: vt illi quẽ diligit vniat. quo fit vt cordis oculis in cœlũ totus intentus cœlestẽ aulam plenã gloriæ contẽpletur/ & dilectũ suũ gloria & honore coronatũ/ sãctos suos vbertate suę glorię inebriantẽ ac torrẽte voluptatis suę eos potãtẽ/ se vero quasi exulẽ a patria multis calamitatibus abundantẽ. Hinc iterdũ in nõnullis: gemitus nascũtur/ & lachrymæ/ & desyderia ãhelosa. Nã ĩpo miseriã quã patit attendẽte de qua ceruicẽ excutere nullo valeat reluctamie voluntatis: mox ab oculis vberes fluũt lachrymę/ interni doloris abundãtiã indicãtes. Hę lachrymæ cor eius rorifluo tepore/ in modico refocillãt: vtiles pfecto naturę corporeę ad seruandã valitudinẽ corporalẽ. quo sic toleretur amoris ĩpatiẽtia: vt nõ amittat corporis salus & vita. q̃obrẽ oĩs cõsyderatio/ oĩs exercitatio/ & oĩs regula moderata vtilis est ei: vt pro virtutũ ĩcremẽto valitudinẽ cõseruet & vitã.

¶ DE DIVERSIS spiritualib⁹ gratijs quæ frequẽter impatienti conferũtur amatori. Cap. XVIII.



IMpatienti aũt amatori nõnũq̃ spũales gratiæ cõferũtur. interdũ nãq; impatiẽter amãtes in extasin vel in spiritũ rapiũtur: & de veritate sibi vel alijs necessaria/ verbis vel imaginibus corporeis/ aut siĩitudinibus spũalib⁹ edo-

centur / vel certe eis aliqua de futuris reuelātur. & hęc reuelationes ſeu viſiones vocant. quę ſi fuerint imaginarijs figuris exhibitę angelo dei virtute operante: in imaginationis ſpeculo oſtendūtur. Si vero fuerit intellectualis veritas / vel ſimilitudines aliquæ ſpirituales / quibus ſeipſū deus vtcūq; reuelat: ītellectualibus oculis imprimūtur / & verbis quantū ſuppetit facultas poſſunt depromi. Aliquādo aūt amator īpatiens in mētis rapitur exceſſum / nō tamē omnimode extra ſeipſum in bonū quoddā incōpręhenſibili: qui iuxta eum modū quę vidit & audiuit in hoc ſimplici intuitu / id nullis valeret ſermonibus explicare. hoc enim ſolus deus abſq; cuiuſuis creaturę āminiculo / & ſine omni medio opat. & raptus vocat. Nōnūq̄ vero ſubitis deus ī ſpū coruſcat fulminibus. & ecce fulmē quoddā p̄cipue claritatis ex ſimplici quadā ſerenitate breui in ictu ſplendeſcens / ſpiritū ſupra ſeipſū velut in momēto raptat: ſed diſparēte mox lumine / ad ſeipſū reuertit. hoc enī eſt ſolius dei pręcipua quędā & excellēs opatio : quæ illos quibus ſingulari dono pręſtatur / intellectuali lumine reddit coruſcos. Interdū quoq; īpatientiā amoris patiens: ſpirituali quodā lumine deo quo placuerit medio id agente irradiatur Ad cuius luminis blandā faciē appetitiua cordis affectio medullitus delectata: dū in occurſum illius flāmeo īpetu ſe erigit / mox quēadmodū muſtū abſq; ſpiraculo lagūculas nouas dirūpit / ita nimirū & cordis cupido ex occurſu huius luminis tanto inſolitę voluptatis torrēte potatur / vt vbertatē noui gaudij q̄d ob proprij captus āguſtiā ītra ſe minime ſufficit cōtinere / cōpellatur voce corporea eructare. Hæc autē vociferatio iubilus nuncupatur : qui eſt quoddā cordis gaudiū / quod quia verbis explicari

non poteſt/nec tamen penitus reticeri:ſpiraculo vocis erumpit. Hic iubilus/corde præfato lumini taliter occurrente:ineuitabiliter velit nolit homo patiēs/extrinſecus reboat:donec exercitiū hoc durauerit ꝓprias vices ſeruās.quidā prçterea ītima deuotiōe ſuſpēſi ſuo ꝓprio angelo vel alijs āgelis reuelātib⁹ ꝑ ſomnia edocentur. Eſt vero īuenire quoſdā ſenſuū vigilias obſeruantes / multarū cogitationū īmiſſiōibus quaſi qbuſdam ſuo iudicio reuelationibus abundare / aut etiam per ſomnia videre miranda. Iſti quia ſenſuū negocijs intendunt:impatientiā ignorāt amoris.neſciūt vulnera charitatis & dilectionis:langore minime detēti ſani forſitan ęgrius langueſcūt. Tales enim īmiſſiones propriū ſibi fingere poteſt ingeniū/vel bonus vel malus angelus inſpirare.vnde & ſi qui talibus aīati ignota aliq̄ prçſūpſerint effutire: audiēdi ſūt inquātū ea q̄ dicūt ſacrç concordāt ſcripturæ/ſeu rōnabili ſūt cōſona veritati. Si autem eis accōmodata fuerit maior fides:in foueam forſitan ſeductionis inducent.

¶DE QVODAM periculo/ impatienti amatori vitando. Cap. XVIIII.



Ed quia impatiētē amatorē huiuſmodi prçcipuis gratijs cumulam⁹ : operepreciū eſt/vt & inſtans quoq; periculū īpi pādamus.ne ſi eū nimijs delicijs ſecuriorē fecerimus:ad pericula īcautiorem reddamus. Siquidē ſole quotidianis inceſſibus per tēpora Iulij a nobis deſcedente morbidi caumatis oriūtur dies: vt etiam per hos dies nōnunq̄ canes agantur in furiā. Qꝫ hoc tēpore quçdā ꝑniciosa qualitas ſolis radijs ſe ꝑmiſcet:& tā morbifico eſtu terrā iurit & aq̄s:vt ſimul cū terrç naſcētib⁹ lā

guescentibus/languescãt hoies & arescãt/ & cũ hominibus/nõnũq̃ pisces pariter moriant̃/nec causam huius dicimus nimiũ tũc tẽporis ardorẽ solis/sed potius dispositionẽ & intemperiẽ soli/& in eo viuẽtium / virtutẽ solis sustinere nõ valẽtiũ. hoc modo ĩpatiẽs amator dũ nimiũ diuini amoris patit̃ ardorẽ q̃si caumatum dierũ sustinet impressionẽ.quia dũ diuini amoris estu vulneratus & languidus ardore continuo per impatientiã detorret̃:affectionis & desyderij flãma amplius increscẽte/intolerabilẽ quandã incurrit angustiã cordis/velut si parturiẽs priuetur potentia pariendi. quo fit vt dũ vicario intuitu nũc vuln⁹ cordis/nũc vultũ amati nõ desinit cõtẽplari:siccitate/quę lima caloris est succrescẽte/simul crescat & ardor impatiẽtię & dolor angustiæ. Tandẽ aucto languore id agit̃: vt quẽadmodũ in arido arbor/ ita quoq; ipse estu nimio totus deficiat & arescat/& martyr factus amoris/corporaliter moriẽs/purgatorij nesci⁹/igne purgat⁹ amoris euolet ad patriã (sponso occurrẽte) sup̃nã. verũ quãq̃ secure moriat̃ quẽ min⁹ lãgor amoris viuere nõ p̃mittit:tamẽ arbor dũ fructus ex ea speratur vberior/ non est aliquaten⁹ perimẽda.Interdũ autẽ deus tantã ĩpatienti cordi dulcedinẽ suauitatis infundit:vt cor in delicijs velut in aq̃s piscis innatet.Ex quo & intima cordis charitatis ardore vehemẽtius inferuescũt/& naturę valitudo amplius cõtabescit.deniq; oẽs amoris ĩpatientiã patientes:necesse est sub exercitio hoc languere/nequaq̃ tamen omnes moriũtur/discretionis regimine gubernati.

¶DE ALIO QVODAM PERICVLO. Cap.XX.


Liud rursus periculū nouerit sibi amatori patiēs sūmopere declinādū. hoc enī tēpore anni fit quędam generatio roris: plus tamē a pastoribus q̄ a mūdi quondam sapiētibus accepta. Est autē vapor quidam valde spissus quasi olei fumus vel sepi/vel adipis ex triū elementorū mixtione scilicet terræ/ aquæ & aeris generatus. & calidum ignis est in eo digerens: & ideo efficitur ex eo humiditas vnctuosa/dulcis valde ad modum mellis. & dum ceciderit super vegetabilia suo casu similitudinem guttosæ pluuiæ repręsentans: efficiuntur primum quasi melle ꝓfusa. Postea vero euaporāte humido subtili aereo remanet grossum terręstre. Et quia bene ꝑmixtū & digestū erat: videt̄ sicut farina volatilis molēdini superaspersa folijs arborū & herbarū. & ex siccitate quandoq; incuruat & cōtrahit ea: quādoq; autē euaporāte calido/ex ipso secū trahit humidū folij/ad sup̄ficiē. Et quia ex frigore aeris generat̄ pellicula exteri⁹: ideo inclusus aer cōuertitur ad spiritū sensibilē aīalē & generātur inde vermes & muscę paruę. Et ꝓnosticāt pastores i his(vt frequēter mortē pecorū/p̄cipue ouiū. cuius causa est dulcis pasturę/nimis auida sūptio. vnde & epar opillat̄: & multū nutrimentū attractū ab ipso nō potest vlterius digeri & dirigi ad mēbra ꝓpter repletionē venarum. ideo putrescit in epate: & generant̄ exinde sanguisugę & replent totū epar. Iuxta rei hui⁹ exemplū i maiorū caumatū diebus īpatiētis amoris/ oꝑatione sathanę in lucis angelū se transformātis lumen quoddā phantasticū intrinsecus nitens infundit̄ quo se sentiūt velut sacco penitus obuolutos. hoc autē in lumine mirabilia multa per imagines phantasticas

ostendũtur. quędã vero quasi diuia fuerit inspiratio: suo cogitatui imittũt: nõnũq̃ quidẽ vera/pluries autẽ falsa. Hęc ab inexpertis gratãter nimiũ acceptãtur: & quasi diuina sit reuelatio stolide venerãtur. vnde quia in his intimo cordis gaudio delectãtur: recte viscoso & melleo quodã rore profundũtur & frondes morũ/ floresq; virtutũ/& fruct⁹ bonorũ operũ dulci sed fallaci aspergine maculantur. quo fit vt vermiculentis pelliculis cũcta soliculescãt: quia ab inani gloria velut a tinea corrodũtur. Cũq; horũ crebris vicibus quasi pascuis dulcibus iperita aĩa delectabiliter cęperit enutriri: epar (idest diuini amoris affectio) virulento pabulo cõputrescit/& generata sãguissuga occulta/scilicet ꝓpriç ęstimationis superbia/infœliciter languescit/ diabolica tandẽ deceptione infœlicius moritura. Nã aduertens serpens callidus misellũ fatuũ/vanis visionib⁹ & infaustis oraculis delectari: multiplicat vices/& diuini amoris purissimũ/feruẽtissimũq; prius sanguinẽ deuotę affectionis/cõsumẽte elatiõe cordis exorta/dũ diuinę veritati contraria quæ a friuolis sibi visionibus aut diabolicis imissionibus ostendũtur vera asserere & pertinaciter defendere non formidat. simul tamẽ meritorum suorũ fructibus: ipse in baratrum serpentinæ seductiõis/charitatis vitalia/elationis rodente sanguissuga/ preceps ruit. qui vero per vias icesserũt pręmonstratas q̃q̃ foret possibile huiuscemodi eos diabolico lumine attentari: esset tamẽ difficile eos per hoc aliquatenus superari.

¶EXEMPLVM formicę pro cautela impatientis amatoris. Cap. XXI.

VT autē ipatiens amator isidias pcaueat iimici/& hunc intolerabilis estus gradū prudēter & ingenue transcurrēs ad altiora virtutū cōscendat: de formicę industria (cautelę gratia) proponamus exemplū. Formica vermiculus exiguus iuxta sui corpusculi quantitatulam/fortissimus/sagax quoq; & nō leuiter enecādus: i cōgregatiūcula sui greguli/in arido feruentis terrę locello morat/prouidēsq; in futurū colligit i estate frumēti grana quæ comedat in hyeme/secans ea ne germinēt & florescāt/sed item pestio laboris tēpore vescatur eisdē. Nō quęrit soliuaga diuerticula / sed gregatim publica via oēs pcedūt. cūq; tēpus ad hoc a natura deputatū attigerit/alas accipiens tenellis mēbranulis aerem diuidēs/alta petit. Exemplo huius vermiculi: amator impatiens fortis sit i expectando nouū aduentum CHRISTI/ prudens & cautus aduersus diabolicas visionum imissiones. nec stolida facilitate mori eligat: sed semp diuias laudes/sibi vero nouas virtutes patiēter viuendo pcuret/i sui cordis & oim viriū suarū cōgregatiōe moret/ & diuinę iuitationi cōsentiens/ad vnionē deificę vnitatis toto cordis desyderio semp suspiret. In sicco feruentis terrę loco/id est in estuantis amoris impatientia habeat mansionem. & in huius vitę estatula laborans: fructus æternę beatitudis thesaurizet/ fructūq; collectum in duas secet partes/per vnam partem diuinitatis fruitionem toto cordis affectu desyderans/ & per alteram rationis moderamine/se (quantumvaluerit) cōpescens/tēpus a deo prefixū expectās / & sic fruct⁹ saluabit i ęternū. nō ābulet soliuagus p anfra-

ctus deuios/id eſt ſingularē modū viuēdi nō aſſumat/ ſed viā amoris regiā quaquauerſū duxerit ꝑ amara/ ꝑ dulcia/ ꝑ lęta/ ꝑ triſtia/ ac per quoſlibet amoris turbines/ fronte libera gradiatur. Tandē enī nacto tēpore cōſtituto paratis digne virtutibus cōtēplationis: alas (deo donāte) accipiet/ volatuq; celeri dei viſurꝰ arcana/ cęli abdita penetrabit. Hęc ꝓ tertio gradu dicta ſint.

¶ De quarto gradu ꝑmi ſpūalis aduētꝰ CHRISTI qui eſt deſolatio īpatiētis amatoris. Cap. XXII.



Vartum autē gradū primi ſpiritualis aduentus CHRISTI/ altius ſecūdū inferiorē hoīem exercitiū indicētis inſtituere nūc volētes: curſum ſolis (vt cępimus) ꝓſequamur. trāſacto itaq; Iullio ſol Auguſtū cōficit vbi locant virginis ſignū. hoc eteni tēpore glīoſa CHRISTI genitrix Maria cœlos aſcēdit plena cęleſti gaudio/ & oīm virtutū diuitijs opulēta. his diebus minuitur feruor ſolariū radiorū/ & fructus terrę pro toto āno durabiles/ vt ſegetes/ vina & his ſimilia (quę ꝑfixum ſibi a natura maturitatis ſuſtinuere terminum) colliguntur. De natis quoq; eo anno ſegetibus futurę meſſis noua ſemina iaciūtur: vt glebis operiētibꝰ emortua/ ad vſus multiplicētur humanos. & in hoc ſemipherico ſolis gyro: tota ſolaris virtutis efficiētia in noſtris regionibus cōſumatur. hoc modo glorioſus ſol noſter IHESVS/ altioribus animi iuxta formā tertij gradus ꝑſcripti obtētis/ & eſtuoſis radijs Iunij/ Iullijq; deſcenſu cordis intimis exuſtis/ motu recto deſcēdēs ad Auguſtū: eſtiferos ſuæ lucis radios/ amatorem ſuum deſerendo ſubtrahit & abſcondit. Tepefacto amoris feruore: cor amātis torpore/ mox arido ſterileſcit. hæc igitur diui-

ni feruoris/ ſplendoriſq; ſubſtractio & amantis deſo- latio eſt. Quartus gradus primi ſpiritualis aduentus CHRISTI inferiotem animæ partẽ ad altiora vir- tutum exercitia prouehẽs/vt nouo ſpiritualis vitę de- corat ornatu. veniẽs itaq; hoc modo CHRISTVS nouo clamore inſonat: exite inquiens/iuxta eam quã vobis demonſtro formã. Exiens autẽ ille quõdã opu- lentus amoris ardore eſtuãs/& omni ſuauitate refert⁹ inuenit ſe pauperẽ & tepidum a deo derelictum & ab oĩ dulcedine deſolatum/de impatientis amoris eſtate feruida in autũni teporem tranſlatũ/ & abũdãtes di- uini amoris diuitias grandi pauperie cõmutatas. Se- dens igitur lugubris in pauimento deſolationis quæ- rulatur & ait: nõne tu eras ille quondã potens/ diues/ & inclytus/plenus diuitijs & nullius indigus/qui ter- rã deſpectãs totus in cœleſtibus verſabaris/ qui nullis donis dei cõtẽtus ad ſolius diuinitatis ĩhiabas ample- xus: & vbi nũc tua poteſtas/ quę nõ ſolũ ꝓprij corpo- ris paſſiões ad nutũ cõpeſcuit/verũ etiã oĩm creatura- rũ colla in diuina volãs calcauit? vbi virtutũ diuitiæ? vbi amoris delicię? vbi internę cõſolatio ſuauitatis prę cuius vbertate dulcibus lachrymis/flammeis ſuſpirijs/ mellicis laudibus/ & gratiarũ actionibus deuotiſſime redũdabas: heu verſa ẽ ĩ luctũ cithara mea/ & ĩbecillis fact⁹ inglorius & mendicus. quę prius nolebat tãgere anima mea: nũc prę inopia cibi mei ſunt. Fitq; qui hu iuſcemodi eſt / velut qui multis laboribus & copioſis ſumptibus ædificiũ grãde cõſtruere cupiebat: & mox cunctis vno impetu ad ſolum detractis/opertam per- didit & expenſas. quo fit vt natura tantum ſe damnũ dolẽs ꝑpeſſam: ĩtolerabiliter murmuret & triſtet̃. Nec ſolũ ſpũalibus cõſolationibus denudatur: ſed etiã fre-

quenter tēporalibus possessionibus spoliatᷣ/ amicis & propīquis priuatur/ & a creaturis oībus derelinquitᷣ/ obliuioīq; traditus/ nullius sanctitatis ęstimatᷣ / mores et opera eius ab oībus sinistre interpretantᷣ/ a cohabitātibus cōtēnitᷣ/ in egritudinib⁹ nōnūq̄ incidit/ corpales tētatiōes pſępe sustinet carnales/ & interdū piculosiores/ oīb⁹ spūales. Tantis itaq; calamitatib⁹ fractus incipit lapsum timere/ & in desperationis limen impigere: in stationis vltimo termino cōstitutus. Exul igitᷣ atq; vagabūdus/ diuinis cōsolatiōibus destitutus/ q̄rit & queritur. Q uęrit bonorū opera. queritᷣ quoniā patitur pauptatē. orationū eleemosynas hostiatim quodā modo emendicat/ precibus ecclesię se cōmittit/ angelos interpellat: vocat si est qui sibi respondeat/ & ad aliquem sanctorū cōuertitur.

¶ Consilium quomodo habere & regere se desolatus debeat. Cap. XXIII.


Numeratis itaq; calamitatib⁹/ oīquaq; diuitus & hūanit⁹ amātis desolati: cōsiliū nūc cōsolatoriū quo se regere/ solariq; debeat describam⁹. Tu igitᷣ q̄a deo nō odiose quidē sed amorose sentis imo q̄riers te derelictū: humili corde retracta te nihil a teipso q̄d non acceperis/ habuisse. & ob hoc sicut gloriari nō debuisti quasi non acceperis: ita nūc nō cōtristari debes/ quod aliūde acceptum amiseris. Nō eni vitales diuitias/ sed vicia lętalia/ nō spirituales suauitates sed corporales vanitates/ nō feruorē sed torporē/ nō diligentiā sed negligentiā/ non profectus sed defectus multifarios a te habes. Secūdū itaq; Iob virū sūmę patientię & pclarę desertitudinis emulare

Sede in sterquilinio infirmitatis tuę/ & virtute crucifi-
xi(q̃ vt testa aruit) ĩpatiẽtiæ saniẽ si qua eruperit/ ra-
de:& submissę volũtatis patiẽtia sic loq̃ris/ dñs dedit/
dñs abstulit/ sicut dño placuit ita factũ est/ sit nomen
dñi bñdictũ.temetipsũ quoq̧ ĩ oĩb⁹ abnegãs de tuo ꝓ-
prio addas:volo domine sicut quondã gaudẽter vsus
sum tuis datis/ita quoq̧ nunc libens carere/tua gratia
priuatus/ dũ modo sit tuæ benedictę placitũ volũtati
& diuinę honorificũ maiestati. Non mea domine iux
ta naturę libitũ volũtas/sed tua/& secũdũ spiritus mei
nõ desyderium/nõ mea sed tua fiat.& quia dñe totus
tuus sum:tolle quod tuũ est.Paratũ enĩ me senties siue
in infernũ siue ĩ paradisum(si volueris/ & laudi tuę cõ-
gruat)tecũ iræ.quicquid ergo placuerit tibi mecũ fac/
tantũ oĩpotẽtatus tui insignia nõ omittas.Hæc dicẽs/
de cũctis calamitatib⁹ tuis & desolatiõib⁹ ĩterni gau-
dij tibi confice lauamentũ/ & in dei te manibus offe-
rens. de eo q̃d ad honorrẽ suũ tibi pati concesserit io-
cũdare.Hæc(ni fallor) si vere sic gesseris:nũq̃ tã ĩtimo
gaudio refectus gestisti.Nã nĩl puto dulcius amatori:
q̃ vt se sentiat sub dilecti sui prorsus volũtate redactũ/
si tamẽ ꝑ oẽs ꝑ̃scriptos gradus in hũc ascenditur/ q̃q̃
nõ oĩbus ꝑ̃scriptorũ exercitiorũ vsus sit modis.Nõ enĩ
oẽs oportunos fore dicim⁹: sed tantũ fundamẽta vir-
tutũ:quę sunt humilis obediẽtia in agendo/& mortifi
catę voluntatis patiẽtia in sustinendo/necessaria affir-
mam⁹. In his enĩ duob⁹ tota est hui⁹ gradus fabrica/
ꝑpetua soliditate fũdata.Cęterũ exacto mẽse Augu-
sti ad Septẽbrẽ veniẽs sol ęq̃noctiũ subintrat dies no-
ctibus ęquans & tenebris colibrãs lucẽ. Simili modo
sol nr̃ CHRISTVS ĩ suis desolatis ęq̃libriũ obtinet
ęq̃tatis/dies gaudij noctibus meroris adęquãs deso-

lationis tenebras priorũ cõsolationũ/ in eorũ cordib⁹ collibrans claritati.amara dulcibus/lęta tristibus/ feruida frigidis/ pauꝑtates diuitijs/ calamitates delicijs coęquãtur/ & solo excepto peccato/æqua lance cũcta accidentia trutinãtur.Sed dũ autũni frigora/ dũ solis declinia/dũ tẽporis huius sterilitatẽ describimus:preciosorũ fructuũ vindemiã nõ expedit pręterire. Tu itaq; qui huiuscemodi es ęquilibrans scilicet vniuersa/ qui tibi videris cũctis virtutib⁹ spoliatus/necnõ a deo & a creaturis õnibus derelictus:si vindemiator sagax fueris/fructus terrę maturi sunt.vina collige/oleum/& frumẽta:quicquid corꝑalis natura patitur quouismodo absq; superiori volũtati cõtradictionis murmure diuinis cõspectibus liber offer. Recogita interna / externaq; virtutũ exercitia/quę quõdam dũ cognitionis ager splẽdescebat/dilectiõis tꝑa feruescebãt:letãti aĩo ꝑegisti/& ea iuxta virtutis tuę modulũ sũmo conamine/bonoq; ac largo corde perficiẽs/offer deo/sciens idubiæ nũq̃ ea diuinis obtutibus tam accepta/nunq̃ i se tam ĩclyta extitisse. Præterea omni cõsolatiõe/ oĩq; suauitatis sapore vnq̃ tibi diuinitus infuso:libenti corde careto/dũmodo diuino sic collubescat honori. Sic itaq; a fructu frumẽti/vini/ & olei tui multiplicaberis/ sic loliũ somnolẽtiæ vertetur in triticũ diligẽtiæ/acetũ desolationis in vinũ exultationis / amurca pauꝑtatis ac muria vanitatis ĩ oleũ charitatis. Tua quoq; patiẽtia ac prudenti status tui gubernamĩe/noti tui ac proximi docebũtur:& ad frugẽ vitę proficiẽt melioris.& ꝑ hoc virtutũ tuarũ sata semĩa/multorũ multiplicata ꝑfectibus:ĩ messem vberẽ cõualescẽt.Hic ergo est quartus gradus sensitiuã animę partẽ decorãter exornãs/ & in pręcipuũ/ac singulare proficiẽs exercitiũ spũale.

Nequaq̃ tamē in hoc gradu/ profectum virtutum aut perfectionis prȩſcribimus incrementum. Sed quia ij qui hunc gradum aſcendunt/ a deo & a creaturis multiformiter probantur/tentantur & oppugnātur: idcirco virtus patientiȩ & mortificatȩ volūtatis/ humilitas ſingularis & prȩcipue perfectionis eis reputatur ornatus/ q̃uis proculdubio patientia & propriȩ voluntatis in diuia volūtate trāſlatio oībus ſit neceſſaria ſaluādis.

¶DE SPIRITVALIBVS ȩgritudinibus q̄ huius gradus tempore oriuntur. Cap.XXIIII.



Vius vero gradus tēpore eq̄noctiali ſolis declinio tepefacto: generātur in pleriſq; incautis humores mali / ſtomachū opillantes/ægritudines aduerſas creātes/appetitum ac guſtū ciborum delectabiliū ſuffocātes/ plureſq; ſua diſcraſia aut multitudine putrida enecantes. quorum multitudine aut putredine quidam vertūtur in hydropes/quidā in varias febres: vnde & diutius ȩgrotāt/ vel citius occūbūt vel poſt longuā egritudinē tandē nichilominus moriuntur. Hoc quoq; modo quicūq; poſt bonā habitam volūtatē/ ſeu poſt diuinȩ guſtū dulcedinis ceſpitantes a ſemita veritatis oberrāt: ſpirituali opillatione hydropiſi vel febre detēti non proficiunt/aut virtutibus mortui/tandem quoq; morte æternȩ dāpnationis occumbunt. prȩcipue autē in hoc deſolationis tēpore: magna opus eſt fortitudine. & vt ſe iuxta prȩcedentis capituli exerceat formulam: opido quidem ne ȩgrotet/neceſſe eſt. imprudētes enim & prauo regimine gubernati: ſpiritualē ſtomachi opillationem & appetitus ſuffocationem incurrunt. Tempus quidem in eis refriguit: et ideo natura eorum in virtutibus & bonis operibus

labefacta/ carnis molliciem & corporis quietudinem etiam extra discretionis regulam concupiscunt. nonnulli quoq; optant diuinis consolationibus refici: si tamen has sine suis sumptib⁹ ac laboribus possent nãcisci. Aliqui in creaturis venantur solatia: ad quod tamen interdum damnosa sequũtur pericula. Quidam deniq; pusillanimes/ tenelli sibi videntur atq; cõsumpti: & ob hoc quidquid humanitatis/ quidquid solatij quiuerint exhibere: totum sibi necessarium suspicantur. Hoc itaq; modo carnis cõcupiscentijs acquiescere et corporis non tam necessitatibus/ q̃ voluptatibus indulgere: praui humores sunt cordis stomachũ opillãtes/ & appetitum delectabilium escarum/ id est spiritualium virtutum penitus suffocantes.

¶ DE SPIRITVALI hydropisi/ quæ est auaricia. Cap. XXV.



Eneratis autẽ malis humoribus & corruptis: lapsu tẽporis humorosi prolabuntur in hydropisin/ id est in temporalium rerum sitim atq; cupiditatem. Quas cuiusuis occasionis acquisitione quo amplius bibũt eo plus sitiũt/ quia spiritualem hydropisim patiuntur. vẽter id est possessio & collectio habitorum semper turgescit: et tamen habendi sitis & desyderium non decrescit. vultus cõscientię cõtrahitur & macrescit: quia gratię qua pinguescerent/ obicem ponunt. quibus autem aqua temporalium possessionum occupat pectoralia/ id est qui terrenis feruenti inhęrent affectu: incedere non valent in operibus charitatis/ quia debiles sunt/ viribus destituti. Trachea quoq; alitus/ id est influxus charitatis & gratiæ in eis pręcluditur: & ideo aquas tempo-

ralium rerum euomere nō valētes/ab eis perſępe mor te perpetua ſuffocantur. Qui vero circa ventralia tan tum/id eſt infra nimium cordis affectum /ita ab aquis tēporaliū poſſeſſionū poſſident/ vt vbi neceſſitas po= ſtulauerit tribuēdi fungātur dominio :q̄uis inordina= tę affectionis langore diutius ęgrotauerint/facile tamē poſſunt curari.

¶ DE quatuor ſpecieb9 fœbriū ſpūaliū. Ca. XXVI

NOnnulli autem ex his prauis humorib9 inordinatę affectionis/q̄ corporalib9 intē dunt delicijs & creaturarū ihiāt ſolatijs: non in ſpirituale de qua iā dixim9 hydro pē/ſed i quatuor ſpecies ſpūaliū fœbriū incidūt/i quotidianā ſcilicet & tertianā/ et duplicem quartanam videlicet ſimplicem atq; cōpo ſitā. Spūalis autē fœbris & quotidiana : eſt curioſitas nimia/ſcilicet cordis et ſenſuū euagatio. Sunt eni q̄dā curioſe omnia pluſtrantes/ cūcta ſcire/ de vniuerſis lo= qui & intromittere ſe volētes/ ſeipſos autē incurioſius negligentes/ de alienis quidē ſolliciti/ circa propria ſūt obliuioſi.erga viſa plurima vel audita turbantur/ occa ſione facili irritātur/ cogitationes eorū diſſipatę ſunt eorū corda torquētes & anim9 eorū vēto leuitatis om niquaq; inſtar arūdinis agitatur.hec eſt quotidiana ſy nochia/ vel fœbris curioſitatis: qm̄ a mane vſq; ad ve= ſperā talib9 occupātur/et i nocte aut vigiles ea recogi= tāt/aut ſomniāt dormitātes. vnde q̄uis hęc fębris gra tię vitam nō perimat/nec ſtatim mortale vicium intro= ducat: deuotionis tamen ardorem minuit/ internum cordis exercitium impedit/ & diuinæ ſuauitatis virtu tumq; ſaporem obtundit.quibus nonnunq̄ meritum præmij detrahitur ſempiterni. Tertiana autem de

tertio in tertium diem affligens: est animi instabilitas et inconstantia/ quę & si non ita quotidianis vt curiositas molestauerit turbationibus/ eius tamē langor sępe periculosior est. Hęc tertiana duplicem habet causam intemperatū scilicet calorem vel frigus. Et caloris quidem excessu/ tertianā incōstantię patientes: ij sunt qui aliquando diuinę suauitatis mellitis epulis saginati/ad tempus a deo nō tamen vsquequaque derelinquūtur. hi vt plurimū instabilitatis ęgritudine laborantes diuersis appetitib⁹ inordinatis quasi febribus purgētur. Nam hodie vnū modum eligunt viuēdi/ cras aliū/ et sic deinceps. quędam sibi tempora deputant silētio: quędam eloquio. hodie huius religionis proponūt ingressum/ cras alterius. modo vendere volunt habita et dare pauperibus: modo pœnitudine moti melius iudicant reseruare. nūc subit animū terrā peregre circuire: nūc reclusoriū itrare. hoc tēpore/ corporis CHRISTI sacramentū crebro suscipiunt: alio tempore quasi nauseam passi/ fastidiunt. his diebus plurimas oratiūculas lectitare delectat: alijs adhęret lingua velut mutilata palato. hi sunt febriles quidam inconstantię motus/ internæ prępedientes intelligentiam veritatis/ intimique feruoris igniculum extinguentes/ & spiritualium exercitiorum materiam dissipantes. Vis o homo febris huius causam nosse? Nempe intentione & industria cordis plus virtutibus & exterioribus cultibus quam diligēdo deo/ & ad eius vnitatis complexum anhelādo inuigilante/ quamquam per hoc gratia non amittatur: quia in virtutum actibus deo intendit: febris tamen inconstantię enutritur/ quoniam super omnia virtutū exercitia animus se in deo quiescere minime experitur. vnde thesaurum in agro suo absconditum ignorans/ ge-

rit. Nam eum quem in virtutum ſemitis & multifor-
mium morum diuerticulis gyrouagus quęrit: hunc ſu
pra ſuam intentionem & omnem virtutum & exerci-
tiorum multitudinem in mentis suę ſolitudine/ ſolum
habet. vt igitur huius incōſtātię fœbrem curet: in deo
et in ſublimi eius vnitate ſuper omnia requieſcere di-
ſcat. Tertianam vero inſtabilitatis cauſatam ex frigo-
re patientes hi ſunt: qui ad deum eriguntur intētione
quidem recta/ſed nō ſimplici. quia videlicet aliquo ex-
traneo iuxta poſito: quod ſub eadem intentione pari-
ter extraordinarie q̄rit. Et quia paucitate feruoris cha
ritas illa tepeſcit/ quoniam non ſolius dei dilectio ſed
extraordinaria affectio ad virtutum opera pariter ex-
citat & inſtigat: recte frigus cauſam ponimus hui9 fœ
bris. hanc patientes ſunt vere cordicitus inconſtantes.
Nam in omnibus quę agunt: natura quod ſuum eſt
occulte venatur. perſępe eis etiam hunc queſtū igno-
rantibus/ vt pote ſui noticiam nō habentibus: hi ſimi-
liter vitam ſuam pro diuerſitate dierum/ diuerſis mo-
dis permutant/ & ſuper vita ſua quęritantes cōſilium
hodie vnū eligūt confeſſorē/ cras aliū/ importuni ſunt
in exigendo cōſilium de ſingulis: & raro valde cuiuſq̄
conſilium exequūtur. in conſilijs: ſibi vituperata excu-
ſare/ reprobata probare/ damnata ſaluare conantur.
humilitatis & innocētiæ vberi ſcatent eulogio: ſed ver
ba ſuperuacua/ proprijſq; vacantia rebus/ corde ſubin
flato gloria vana replet. libēter pro virtutum actibus/
labore modico/ vanę laudis pręmia vanius mercaren-
tur: & virtutes ſuas publicari quomodolibet cupien-
tes/ charitatis ſapiditate vacui facti/ nec diuin9 CHRI
STI guſtus oblectat/ nec ipſis econtrario deus ſapit.
alios docere volunt ipſi: aliorum doctrinam/ correctio-

nemue minime ſuſtinentes. deniq; occultus amor ſui et elatio cordis abſcondita: huius fœbrilis inconſtantię ſunt fomenta. hi oram inferni lubrico pede perambulāt: in profundum baratri ſi paululum nutauerint prolapſuri. Porro hęc inconſtantię tertiana aliquibus permutatur in quartanā. Et primo in ſimplicem: ex qua demum deijcitur in compoſitam. Et ſimplex quidem ſpiritualis quartana: eſt extraneitas quędam et infatuatio cordis: cui deus/omniſq; virt⁹ et veritas extraneati ſunt. Sed & ipſeſibi extraneus factus homo: in inconſtantię lubricum/adeo errabundus et infatuatus obambulat/vt prorſus neſciat vbi ſit/quorſum vadat/ſeu quid agat. hæc fœbris: omnibus præſcriptis periculoſior eſt. Cæterum hui⁹ extraneitatis et infatuationis ſimplex quartana: interdum vertitur in compoſitam/ quæ eſt incuria & tedium quoddam boni. De hac quartana raro aliquis conualeſcit: quoniam ſui cura penitus deſtitutus/ & eorum quæ ad vitam æternā neceſſaria ſunt/malo quodā faſtidio delibut⁹/ tam pronus eſt & labilis in peccatum/ quaſi qui nunq̄ dei noticiam ſit adeptus. Hęc vobis noueritis fore dicta/ qui a deo vobis videmini derelicti: vt contra has ęgritudines remedia ſupra poſita opponatis. Sed nūc triſte eulogiū mūdi audiāt amatores. ſi in has & præcipue in fœbriles ęgritudines labiles ſunt/ qui diuinæ ſuauitatis ſubſtractiōe in modico deſolati/prauo regimine ſe gubernant: quid acturi ſunt? Immo qua non contremiſcant formidine: qui nunq̄ dei vel ſpiritualis vitæ noticiam habuerunt? qui nunq̄ vel tenui guſtu eam dulcedinem vel extremis labijs libauerunt: qua ſpiritualiter exercitantium corda afatim ſępe potantur.

¶ QVALITER CHRISTVS hos quatuor ortus ascendit. Cap. XXVII.



Erum dum lucem habemus in luce ambulem⁹: ne cōpręhensi a tenebris oberremus. Cōsyderemus caput et pricipē nostrum CHRISTVM: qui præscriptos quatuor gradus et verbis docuit/ et effectibus ostēdit. ipse enī sol claritatis æternę antelucana nobis origine/ in horizonte sanctissimę trinitatis exortus/ ex intemeratæ virginis & matris vtero quæ aurora est/ & initiū diei gratiæ/ progrediens: horizontem nostrum tam sensualiter/ q̃ spiritualiter præsentię suæ gratia rutilans illustrauit. primum igitur gradum eo tenuit/ adhuc tenens. quia erat vnicus & vnitus. In ipso enim omnes virtutes vnq̃ factę vel faciendæ vnitæ erant cum suis factoribus & collectę. Et ita cū in forma dei esset æqualis & vnicus formam serui humiliter accipiens/ humanę naturæ misericorditer est vnitus. Erat quoq; cor eius diuini amoris intimo ardore compunctum: quoniam ignem ipse venit mittere in terram / qui electorum suorum corda ardenter accendit. Sensibili quoq; affectione et charitatiua fidelitate affectus erat ad patrem/ et ad eos qui sunt eo ęternaliter fruituri. Cor proinde eius flammiuomi amoris deuotione in conspectu paternę maiestatis: pro omnium necessitatibus/ pijs iugiter desyderijs ardescebat/ & vniuersa verba ęius & opera laudē & honorē patris/ cū omni grãrū actione amoris succēsa igniculo redolebāt. Hoc ꝑ primo gradu. Ort⁹ hoc gradu CHRISTVS sol verus: secūdū ascendēs gradū/ splendētius feruētiusq; emicuit. Nam

ex plenitudine in eo existētis gratiæ & multitudīe do
norum: cor eius exundabat benignitate/maneries mā
suetudine/conuersatio humilitate/& omne ministe-
rium largitate. Tam gratiosus erat & amabilis: vt ei9
conuersationis habitudo/cunctos bonę voluntatis ho
mines/sui traheret ad amorem. ipse lilium conuallium
impollutum/ipse flos campi omni viatori expositus:
de cuius dulcedinis plenitudine vniuersę argumētosę
fidelium apes/fauos excipiunt suauitatis & cōsolatio-
nis ęternę. pro omnibus donis humanitati suæ colla-
tis/ipse patri suo patri inquam luminum/a quo omne
datum optimum & omne donum perfectum descen-
dit/secundum naturam qua patre minor est iuge lau-
dis & gratiarum actionis sacrificiū immolauit. Et se-
cundum supremas animæ vires/& in summa diuini-
tatis vnitate vnde dona omnia defluunt: iugiter requi
euit. hęc pro gradu secundo. Tertium vero gradum
ascendens CHRISTVS sol gloriosissim9: fulgenti9
ac estuosius radiabat. Nā a suę conceptiōis initio vsq;
ad diem suæ glorificationis/sensitiuę vires eius & tota
sensualitas inuitabatur ac trahebatur a patre/ad eas-
dem delicias gloriosas quibus secundum eandem sui
partem/quasi diuinæ voluptatis torrente plenæ glori
ficatus potatur. Et q̃q̃ ad eas proprio tam naturali q̃
supernaturali afficeretur continuo appetitu: attamen
secundum hanc partem sub huius vitæ pœnali exilio
constitutus tempus/magno patris pręuisum & pręor-
dinatum consilio/constanter voluit præstolari. hoc pro
gradu tertio. Cum autem venit plenitudo preordinati
temporis/quo CHRISTVS vniuersos omnium
actarum & agendarum virtutum fructus in cœleste
horreum decreuerat congregare: ipse sol iustitię ad oc-

casum vergens/ipſe ſuo deſcēſu quartum gradum aſcē dit/quia factus obediēs patri vſq; ad crucis mortem/ in manibus inimicorum vltro ſe tradidit/ab amicis etiam & proximis in vltimo neceſſitatis articulo dere lictus.natura quoq; ſenſitiua eius omni interiori conſo latione deſtituebatur/graui contumeliarum penarū q; et omnium peccatorum iuſtitialis ſatiſfactionis onere ſuperimpoſito. quod humili quidem patientia baiu- lans tam ponderoſi faſcis molle onuſtus/beatum in cruce ſpiritum (vt voluit)exalauit. Itaq; in hoc deſo- lationis gradu poſitus athleta fidus amoris: fortia atq; gigantea geſſit opera charitatis/ quibus ſalutem nobis promeruit ſempiternam. ecce his quatuor gra- dibus: ſecundum inferiorem humanitatis partē ſpon ſus noſter eſt ornatus. nam ſecūdum eam pro noſtris peccatis/paſſionis opprobria tolerauit. Idcirco datū eſt ei nomen quod eſt ſupra omne nomē/ſaluator mū di vocatus/glorificatuſq; et ſuper omnia exaltatus ſe- det ad dexteram patris regnaturus omnipotenter in ſęcula ſęculorum/vt in nomine eius omne genu flecta- tur cœleſtium terreſtrium & infernorum.

¶QVIS & qualis ſit primi ſpiritualis CHRISTI aduentus receptor. Cap.XXVIII.



Viſquis igitur in moralib⁹ virtutibus iu- xta dominica mandata obedienter victi tat/ & in ſpiritualibus virtutibus ſecun- dum tractum/ inſtinctum & inſpiratio- nem ſancti ſpirit⁹ viſceraliter nuſq̄ quod ſuum eſt quęrens exercitat/qui quoq; te- nebras & ſterilitatē cordis/ omnemq; pœnalem miſe- riam patienter ęquilibrat / & de omnibus humili vo- luntatis mortificatione deo gratiarū actiones delibat:

hiciam primum CHRISTI ſpiritualem aduentū ſecundū internā cordis exercitationem ſuſcepit/ & ſenſuali vnitate/ cordiſq; vitalib9 diuinis donis optimiſq; virtutibus adornatis/ ſponſo iam obuiam ſpiritualib9 greſſibus eſt egreſſus. Siquidem purgato tranquillatoq; homine: in cordis ſui vnitatē penitus recollecto & iā aptus eſt (dū deo placuerit) intrinſecus illuſtrari: qđ et pleriſq; conceditur in principio. his prȩſertim qui totos integros diuinȩ ſe offerunt voluntati/ libertatem propriȩ volūtatis (quod tota pfectionis radix eſt) abnegantes: verūtamē neceſſe habēt poſtea gradus ſcandere ante dictos/ & ſe iuxta moralium / ſpiritualiūq; exercitiorū prȩſcriptas formulas exercere. hoc tamen facilius cȩteris ab imo inchoantibus poſſunt implere: vt pote maiori lumine manuducti.

¶ DE SECVNDO ſpirituali CHRISTI aduētu aſſimilato fonti tribus riuulis effluēti. Cap. XXIX.



Stenſo igitur primo ſponſi noſtri aduētu ſpirituali/ qui quatuor gradibus inferiores animȩ potentias decorauit: iā ad ſecūdum eius aduentum ſupremas vires ornantem/ illuminantem & ditantem/ duce gratia tranſeamus. hunc autem aduentum aſſimilare volumus fonti tribus riuulis effluenti. Eſt vero fons iſte plenitudo gratiæ in vnitate ſpiritus/ infuſione diuina ſcaturientis. illic enī gratia fontaliter ſe tenet eſſentialiter immanendo: tribuſq; hinc riuulis diriuatur in tres intellectiuas animæ poteſtates/ quaſi in tres ſe alueolos actualiter diffundendo. Sunt itaq; hi tres riuuli ſingulares quȩdā prȩcellentes influentiæ ſeu operationes diuinæ in ſu-


premis viribus in quibus deus(gratia mediante) multiformiter operatur.

¶DE primo riuo memoriã adornãte. Cap XXX.

PRimus quidem riuus (veniente hoc modo sponso) in spiritum defluens: est mẽtalis quędam simpla & vniformis serenitas/nullis qualiũcunq; formarũ discretionibus variata. Hic riuus ex pręfato gratiæ originatus fonticulo/ in spiritus vnitate a summis ad ima aquarum more defluitans: vniuersos tã supremarum/ q̃ infimarum virium pertransit alueolos/eosq; marini more refluxus ad suam recurrens originem/supra omnem multiplicitatem/officiorumq; suorum occupationes sustollit/ mentalẽq; simplicitatẽ in homine creans/ostendit et tribuit vnitatem spiritus in vinculo pacis. sic homo secũdum intellectualem memoriam/quasi in serenitatem ethereã eleuatur/& ab oĩm formarũ incursib9/ omnibusq; tẽporalibus mutabilitatib9 depuratur. Spõsus ergo noster CHRISTVS IHESVS / huius riuuli nauigio in spiritum veniens: postulat exitum/ iuxta modum et exigentiam luminis gratiæ influentis. Exiens ergo qui huiusmodi est/consyderatione sui inuenit se/per hoc simplex & serenum infusum sibi lumen/recollectum/ stabilitum penetratũ & anchoratum ĩ vnitate sui spiritus siue mentis/atq; in nouum spiritualis vitæ gradum eminentiorem prioribus constitutum. Conuersus igitur in se ipsum memoriæ suæ alueum vniformi replet mentalis etheris puritate / cunctarum incursibus specierum / omniumq; multitudinibus rerum postergatis penitus & exclusis. hic ad

vnitatem spūs naturaliter/ & supnaturaliter inclinat. ita ea ipsa vnitas per dei dona simplicēq intentionem ad illam excellentissimam inclinabitur vnitatem: in quam cum omnibus sanctis suis pater & filius nexu sancti spiritus sunt vniti. per hoc enim iuxta exigentiā primi riuuli ornate: satis exiuit.

¶ DE SECVNDO riuo intellectus lumen decorante. Cap. XXXI.


SPiritu vero hoc modo in diuinā se vnitatem per amorem & intentionē serenissimam inclināte/ diuineq bonitatis fidelitate spiritualiter aspirante: oritur ex plenitudine gratiæ in vnitate spirit⁹ fontana scatebra defluentis/riuus secūdus/scilicet quedā spiritualis claritas/ sua ifluētia multiformi discretionem illuminans/intellectum reuelans infundensq in cūctis virtutibus luculentissimam veritatem. verūtamen claritatis hui⁹ efficacia: nequaq nostre subiacet facultati. Nam q̄uis nostris iugiter insit animabus: deus tamen iuxta inuestigabile sue beneplacitum voluntatis/ pro loco & tempore eam pandit et abdit/ dat & accipit/ & ad nutum suum silere eam facit & loqui. sua enim est: ideoq operatur in ea quando vult/ & vbi vult/ quod viuit & cui vult. huius claritatis lumine luminosi: non indigent necessario reuelationibus/ aut supersensuali attractione. Nam vita eorum cōuersatio/ mãsio & oīs intrinseca habitudo ī spū supra sensualitatē existit: ibiq de⁹ ipsis vel alijs necessaria/ q̄ voluerit eis reuelat. posset tamē si vellet exteriorib⁹ eos sensib⁹ spoliare: & p varia symbola apocalypsare eis intrīsecus plura multiformiter de futuris. in hoc autē lumīs riuulo CHRISTVS aduenīēs/ ipsa luce

duce exire iubet & ambulare. Exeat itaq; hoc lumine luminosus: suum aduertens statum/ & vitam intus & foris/ an scilicet perfectam similitudinē gerat CHRISTI/ non solum secundum humanitatem/ sed etiam secundum diuinitatem. quoniam ad imaginem & similitudinem dei creati sumus. clarificatos quoq; oculos suos illuminatę rationis āminiculo ad intellectualē eleuet veritatem/ sublimē dei naturam cum personalibus proprietatibus & attributis/ quantum creatum lumē ostendere sufficit consyderans & aspectās: quoniam non decet tam immensę bonitatis naturam mortua infœcunditate sterilescere/ sed inuestigabilis excellentię virtutibus & operibus ditescere. Consyderatur enim & inspicitur deitatis natura vt simplicitas quędam immensa/ vt inaccessibilis altitudo/ vt inscrutabilis profunditas/ vt incompręhensibilis latitudo & ęterna longitudo/ vt silens et tranquilla caligo/ vt vasta solitudo & requies ęterna sanctorum/ vt commune fruibile suiipsius & omnium bonorum: et plura miranda consyderari possunt in hoc infinito pelago deitatis. q̄uis vero pro huius contemplationis expressione propter materialitatem & rusticitatem sensuum quibus et per quos loquimur/ sensibiles similitudines proferamus: in veritate tamen bonum immensum et simplicissimum intellectualibus oculis aspectatur. sed tamen ipsum intellectuale verbum quod vocibus quodam modo incarnatur: tot membris similitudinum inuestitur quot pro illustratę rationis industria/ is qui voce verbum induit/ suffecerit explicare. contempletur nichilominus luminosus noster intellectus proprietates & attributa personarum: quoniam hęc in huius riuuli lumine luce/ clarius osten=

duntur. Et primo quidem cōsyderet partem esse omnipotentem/potentiam & maiestatem/ creatorem/ cōseruatorem/ motorem/ principium & finem/ causam primariam omnium creatorum. Aduertat secundo verbum dei patris/ vnigenitum/ fore iuestigabilem sapientiam & veritatem omnium creaturarum/ exemplar & vitam paternę artis/regulam infallibilem/oculum deitatis cuncta abdita peruidentem/ splendorem gloriæ patris sanctos et electos suos iuxta singulorum merita perlustrantem. Attendat tertio luminosę contuitu ratiōis: sanctum spiritum incomprehēsibilis largitudinem charitatis/inęstimabilis misericordiā pietatis/beniuolentiā incōmutabilis fidelitatis/ exundātis opulētiā largitatis/iscrutabilis pelag⁹ bonitatis/indeficiētis iebriantē cœlicolas torrētē melliflue voluptatis/ flammam igneam redigētem omnia in fauillam deificæ vnitatis/ fontem viuum emanantem æternaliter omni delectamēto suauitatis/ pręparatorem & introductorem ad gaudium ęternę fœlicitatis/ nexū & cōplexum patris & filij omniumq; sanctorum in fruendo delicijs atq; diuitijs deitatis. Hęc omnia plurificata vocabulis in simplicissima diuinitatis natura/ vniformiter et impartibiliter aspectantur: & tamē iuxta nostræ modulum intelligētię/pro personarum discretione pluriformiter distinguntur. Nam bonitas/largitas/ maiestas/& veritas inter hæc/secundum nostræ mētis cōceptus ꝑmagna discretio est: licet in natura diuina simpliciter vnum sint. relationes tamen personales ęterna discretione inter se differunt. nam pater ingenerabilis filium semper generat: filius vero semper generatus alium filium non generat/vt sit vnici patris ęternaliter vnicus filius. paternitas ergo & filiatio rela

tiones sunt: quibus ad se inuicem pater & filius referũtur. Porro pater & filius vnicum spirant spiritum/ nexum voluntatis/ charitatisq; amborum/ qui quidẽ nec generat/ nec generatur/ sed ęternaliter ab ambobus spiratur. cuius relatio qua ad eos refertur: processio nuncupatur. Hę tres personę/ vnus deus sunt/ & vnꝰ spiritus: quibus & singula attributa cum suis operibꝰ indiuise communia sunt/ vt pote quę in virtute vniꝰ simplicissimę operãtur naturæ.

¶ DE ADMIRATIONE DIVINAE communicationis. Cap. XXXII.



INcompręhẽsibilis autem altitudo diuitiarum/ & largiflua communicatio naturę diuinæ: eum quem intelligentia diuinitus dato luminæ in admiratione operũ diuinorum sustollit/ pręcipuæ communicationis & effluentiæ suę stupore/ super omnia reddit attonitum. contemplatur enim qui huiusmodi est incompręhensibilem deitatis essentiam/ cõmune fruibile dei & omnium beatorum. contuetur diuinas personas suis se effluxibus & operibus/ oĩbus communicare/ statu & tempore/ in cœlo sursum & in terra deorsum/ intellectualibus/ rationalibus/ & irrationalibus/ materialibus/ & immaterialibus creaturis pro dignitate/ captu/ & indigẽtia singularum. Cõmunis est deus cum omnibus donis suis. Communes sunt angeli dei. Anima quoq; rationalis omnibus suis potentijs totiq; corpori & cunctis membris sese communicat. totaq; prorsus existens in toto & in singulis partibus: æque tota secundum suam essentiam omnino simplex & indiuisibilis/ secundum ratio-

nem tamen quodam modo partes habens. nam ſicut verbi dei gladio penetrabili/ſpũs & anima in vna animę eſſentia diuiduntur: ita nimirum potentię ſpiritus a viribus animę & inter ſe ſingulæ diſtinguntur. huius rei ſymbolo/de⁹ ſingulis creaturis ſpeciales & proprias perfectiones largitur: & tamen communiter et ęqualiter eſt ipſi cura de omnibus. nam ex ipſo/et per ipſum/ & in ipſo creantur/ conſeruantur & dependẽt vniuerſaliter/ eſſentialiter et æqualiter vniuerſa. Itaq; conſyderante animo diuinę naturę mirandas diuitias/& excellentiam maieſtatis/et multipharia dona q̃ ſuis tribuit & exhibet creaturis: hic primo innaſcitur ei indicibilis admiratio. & ex ipſa admiratione oritur ſublimis in diuina bonitate confidentia / quodamq; pręcipuum/internum ſpiritus gaudium: cunctas potentias animę ipſamq; ſpiritus vnitatẽ penetrans & complectens.

¶ DE TERTIO riuo/ voluntati/amoris inſignia tribuenti. Cap XXXIII.



Oc gaudium ſpiritus & diuini feruoris afflatio: eliciunt ex fontis gratiæ plenitudine riuum tertium/voluntatem qualitate ignea accendentem/in vnitatis fauillam omnia redigẽtem/omnes vires animæ opulentis muneribus & ingenuitate pręcipua perfundẽtem et amorem quendam eo ſubtiliorem & laboris expertiorem quo ſpiritualiorem in ipſa voluntate creantẽ. hoc riuulo quaſi torrẽte amoris igneo: in ſpiritũ veniẽs ſpõſus CHRISTVS ait. Exite exercitio ſpũali iuxta modũ aduẽt⁹ mei. per primum enim riuulũ qui eſt lumẽ quoddã ſerenum

et ſimplex memoria ſupra incurſus ſenſibiles & phã-taſticos eleuatur/ & ĩ vnitate ſpiritus ſtabilitur. Per ſecundũ riuulũ qui eſt infuſa quędã claritas : intellectus & ratio ad quęuis virtutũ exercitia cognoſcẽda/ & ad ſacræ ſcripturę arcana/ diſcretionis acumine penetrãda/ diuinitus/ illuſtrant. Per tertiũ vero riuulũ qui eſt ſpiritualis ignis infuſio: voluntas ſilenti / tranquilloq; amore accenditur / & magnificis diuitijs munerat. Is ergo cui hi riuuli ĩfundũtur/ ſpiritualis efficitur/ & diuino lumine luminoſus. nam gratia in vnitate ſpiritus tanq̃ fons viuus ſcaturiẽs per potentiarũ riuulos efflu ens: ſuæ fœcunditatis efficaciã virtutũ opibus manifeſtat/ ſed refluxũ oĩm riuulorũ ad ſuæ originis locũ expoſtulat.

¶DE QVADRVPLICI exitu: quo ĩ hoc gradu exitur. Cap. XXXIIII.

MAneat itaq; vir ſpiritualis in vnitate ſui ſpũs/ amoris vinculo ſtabilitus/ exienſq; illũiatę greſſu rõnis: & largifluę redũdãtia chariitatis/ cęlũ/ terrãq; p̃bulet. luminoſa diſcretiõe: cũcta cõſyderet. & vera cordis largitudĩe: diuinis ĩnixus diuitijs/ munificum ſe exhibeat vniuerſis. quatuor enim modis exire non tam diuinitus exigitur : q̃ propriarum virtutũ habitibus inclinat. Et prio quidẽ modo exiens in cœlũ: mente cõſcendit/ dei/ beatorũq; ſtatũ & gloriã viſitat & pluſtrat. Secũdo modo exiẽs cõpaſſione miſericordię: viſitat peccatores/ & mũdi delicias peruerſe nimiũ diligentes. Tertio modo exiens/ deſcẽdit lugens in purgatoriũ: viſitans animas/ viuorũ ſuffragia mẽdicãtes. Quarto modo exiens/ ſui tandẽ reminiſcitur: & oĩm in terra degentiũ electorũ. Hæc in

generali dicta sint. Nunc vero in speciali: singulorum exituum negocia perquiramus.

¶DE NEGOCIO primi exitus. Cap. XXXV.

PRimo itaq; exitu/luminosę rationis cōtē=
platione in cœlū ascendat: dei gloriā/sā
ctorūq; beatitudinē speculando. Aīad=
uertat ꝑclarā/opulentāq; effluentiā dei:
qua beatos spiritus ꝑfundit & inebriat/
nō solū cœlestiū deliciarū vbertate / sed
etiā essētię suę dulcissima bonitate. Aīaduertat nichi=
lominus refluentiā oīm bonorū in ipsā fontanā vni=
tatē vnde diuinę torrēs voluptatis effluit/nō solū acce
pta dona & quę suplucrati sunt bona/sed etiā seipsos
fœlici charitate refundūt. diuina enī effluētia: sui semꝑ
fluminis expetit refluētiā. Nā deus est mare quoddā/
fluxū iugiter faciēs & refluxū: electorū suorū mētib⁹
aquas gloriæ vel gratię iuxta dignitatē vel indigentiā
singulorū infundēs/ easq; cū suis pariter alueis ad gut
tā vsq; etiā cū vsura resorbēs. A quibusdā quoq; am=
plius exigit: q̄ vires eorū sufficiant exhibere. nā sūmę
diuitē dapsileq; & īfinitę bonitatis/rōnis oclis se ostē=
dens: ipsa sui ostensione secundū dignitatē suā/hono=
rariq; laudari / exigit / & amari. vult enī deus a nobis
diligi: iuxta suæ magnificentiam dignitatis. Qꝛ quia
nulla prorsus valet ꝑficere creatura: oīs spiritus ī hoc
diuinū deficit salutare: cupiendo tamen soluere quod
petitur/sūmis viribus īnitēs amor/ꝓpriū excedit mo=
dū. atq; in ipso excessu mētis vagabundus: diligit sine
modo/totis pręcordijs volēs sed nequiēs ꝑficere opus

virtutis infinitę / cum finita sit virtus oīm creatorum. Amor tamē impatiēs & modi nescius / nec de ipossibilitate solaciū / nec ex difficultate remediū accipiēs / sua deficiētia labefactus vires resumēs: ad p̄sumptū opus toto spiritu renouat̄ / quatin⁹ scilicet deus iuxta suā exigētiā & secūdū amoris desyderiū diligat̄. hui⁹ rei gr̄a / oēs beati sp̄us in vnā amoris flāmā iugiter cōglobātur: vt exactū ac desyderatū opus / diligere scilicet deū secundū suę cōdecētiā dignitatis (quod per se nullus sufficit adimplere) saltē oēs in vnū flāmeū amoris cuneū glutinati / valeāt aliquatenus cōsumare. hoc autē omni creaturę ipossibile fore: ratio luce clarius manifestat. sed amor nequaq̄ de ipossibilitate desperās / vnū eligit ex duob⁹: aut scilicet opus p̄sumptū p̄ficere / aut ardore supferuido liq̄factus in sua prorsus deficientia adnullari. Neutrum tamen assequitur: nam nec ad nichilū ipse redigitur / & deus ab oībus creaturis iuxta suā dignitatē deficiēter diligitur. In hoc tamē lumīosa ratio / voluptate mirifica iocūdatur: quia deus dilectus suus tam per se diues est / & tam excellētissimę maiestatis / vt oēm creatā virtutē in ifinitū excedēs alia nulla prorsus q̄ a sua p̄pria dilectione pro suę magnitudine dignitatis ametur. Cæterum spiritualis homo rationis lumine diues: omnibus beatorum spirituum choris / pro dignitatis merito singulariter singulis & vniuersaliter vniuersis dedicet encænia amoris / tam ex thesauro deficientium diuitiarum dei / q̄ ex largifluæ mentis suæ arca mirandis dei donis supereffluente / hauriens quod liberaliter largiatur. Cuncta passim circūuolet agmina / status / & merita beatorum diuinas in singulis pro meritorum dignitate mansiones contēplans, omnesq; diues ip̄e & profluus chari-

tate perambulans/cœleſtē exercitū noua gloria ditet: abunde vnitate/trinitateq́ꝫ deitatis ad oĩa copiã miniſtrante. Hoc primo exitu ad ęterni ſolis ortū: dilectione decoris domus dei & loci habitationis gloriæ eius duce/conſcendat.

DE NEGOCIO ſecūdi exitus. Cap. XXXVI.



Ecundo exitu / mentis greſſibus ad regionē ſe transferens aquilonis: cōpaſſione lugubri/ & melliflua miſericordia viſitet pctōres/ eoſq́ꝫ deuotæ oratiōis vehiculo diuinę miſericordię repręſentās/ īmenſam alleget bonitatē & potentē oĩa maieſtatē multa dediſſe/ac plurima promiſiſſe/quaſi oblito ad memoriã deo reducat. nã et ipe rogari vult: & charitas omnia quę deſyderat habere/patiēter vix differt. Verūtamen peruicax et improba fore confunditur: ſed opulētę ac largiſſimę bonitati dei/ īmenſæ dilectionis plenitudine diligenti/ & nihil eorū quæ fecit odienti/ cūcta cōmittit. & in hoc: pace mirifica cōtētatur. quia igitur vir ſpiritualis cōmunis charitatis pia gerit viſcera/verbis & deſyderijs deū deuotus exorat/ quatinus iudęis & gentibus ac cūctis mundi infidelibus miſericordiæ ſuæ gratiã iufūdat. vt & ipſe gratiarū largitor: ſup cōuerſione peccatorū multorū gaudētibus in cœlo angelis/magnifice laudetur & honoreť/ & gloria noſtra/pax/ & gaudiū noſtrū in cūctis terræ finibus augeatur. Hoc eſt negociū ſecundi exitus vergentis ad aquilonem: vbi ſede ſua qui mane oriebatur collocata: lucifer factus eſt rex ſup oēs filios ſupbiæ. cuius tyrannide peccatores cæci miſerabiliter opprimuntur.

DE NEGOCIO tertij exitus. Cap. XXXVII.


Ertio exitu : vir ſpirituali lumine præ=
ditus ad purgatoriũ deſcẽdẽs/ animas
viſitet fideliũ defunctorũ/acerbas earũ
pœnas & deſyderioſam diuinę miſeri=
cordię ꝓſtolationẽ mẽte ptractãs/cor=
dis itaq; & oris vocibus miſericordiã/
largitatẽq; diuinã inclamet/opulẽtę dei bonitati earũ
pœnoſũ exiliũ/& ad patriã anheloſum deſyderiũ re=
pręſentans / eaſq; cũ fide/ ſpe/ & charitate comitibus
ab hoc ſeculo deceſſiſſe/ac totã earũ liberationis fidu=
ciã in ſuę paſſionis/miſerationiſq; remedio conſtitutã
eſſe allegãs. Inter hęc autẽ ſciendũ eſt ſpũalẽ virũ:iter=
dũ poſſe ad rogandũ ſpecialiter pro pctõre/pro aĩma/
pro negocio aliquo ſpeciali a ſancto ſpiritu animari:&
in tãtũ/vt iſtinctũ id eſſe ſpũs ſãcti nõ naturę affectio=
nẽ/ nec volũtatis prõptitudinẽ liqdo ꝓbet/ atq; ſciat.
Quo caſu tanta in rogãdo deuotiõe/tãta orõnis inſtã
tia inflãmat̃: vt ſpũale reſponſũ accipiat ſuas ꝑces fo=
re apud dñm exauditas, atq; eo ipſo ſpũs ſancti ceſſat
inſtictus:& oratio ĩpetratiõis nacta certitudinẽ termi=
natur. Hęc breuiter dicta ſint pro negocio tertij exit⁹
ad mortalis vitę cõmunẽ tendẽtis occaſũ. Quod ꝑfe=
cto lati⁹ exequet̃:cui charitas latiorẽ dederit facultatẽ.

ℂ De negocio quarti exitus. Cap. XXXVIII.


Varto exitu:ad leuioris auræ meridiẽ
gyrũ flectens ſeipſum viſitet vir ſpũali
lumĩe clarus/ & oẽs ĩ terra degẽtes bo
nę volũtatis hoĩes, qui quia fidei ſplẽ=
dore fulgeſcũt/ſpei placatõe miteſcũt/
& charitatis calore ferueſcũt:recte eos
ad meridianã cœli plagã dicimus habitare. Hos itaq;
viſitans : guſtet pariter & videat eorũ cõmunionẽ/ &

vnicordiā charitatis totis p̄cordijs desyderās/ vociſq; deū oraculo īterpellās. vt eos irrorās donis ſolitis largifluę pietatis: in ſuę dilectiōis neceſſitudīe/ ſtabili fœdere charitatis cōfirmet/ ad gl'iā & honorē ſuę excellētiſſimę maieſtatis. Doceat proīde/ corripiat/ & ſeruiat fideliter ſecundū diſcretionis lineā vniuerſis. quoniam cōmunis charitatis maternis plenus viſceribus: merito eſt apud deū/ oīm mediator & fidus in oībus aduocatus. Intra ſe quoq; totus īteger: cū oīm electorū ſocietate dulciſſima cōgregatus poſſideat vnitatē ſui ſpiritus in vinculo pacis. nec ſolū illā: ſed & ſublimē deitatis hęreditet vnitatē. in qua nimirū oīs laudās dn̄m: ſpūs requieſcit. hæc eſt vere vita ſpūalis & affectiua. Nā per iſta: ſpūs & animæ iuſtorū/ oēſq; potētię habitus & actus virtutū/ ſup̄naturaliter ſecundū oīm decentiam adornantur.

¶ DE QVIBVSDAM ALTA LOQVENTIBVS: SED COMMVNI CHARITATE CARENTIBVS. Cap. XXXIX.


ST autē inuenire quoſdā verbis ſubtilibus locupletes/ lympido eloquētię fluore altas ſciētias depromētes: qui tamen hūc ſpūalis claritudīs gradū minime attigerūt/ nec cōmunis charitatis hui⁹ ſaporē largitudine ſpūs cōditū p̄ceperūt. vt ergo qui eiuſmodi ſunt ſibi & alijs īnoteſcāt: tribus nūc eos articulis ānotabimus/ & in primis ipſi ſibi/ in reliquis fient alijs intelligētibus manifeſti. Primo quidē ſpūali viro diuina claritudine illuſtrato/ ſimplicita-

tem & stabilitatē sui spiritus incolente / veritatis illapsum absq; multiuago ratiōis discursu sub diuino lumine suscipiēte: illi econtrario multiplicitate / sunt intrisecus discholi/ studio pleni/ & rōnis īquisitiōibus occupati/nullius īternę vnitatis sopore recollecti. Introspiciat q̄ huiusmodi est semetipsū/ sit sui ipsius accusator/testis/ & iudex. quia nullus scit hominū quę ī homine sunt: nisi spiritus hominis qui in ipso est. Secundo viro illumiato diuinitus/infusam sapientiā sine labore aliquo/articulatim sibi veritatis ostensiuā intrinsecus possidēte: ille doctiloqu⁹ sibi subtilia cōfigit phātasmata/quę versans & reuersans cōponit & diuidit/ imaginatur & dictat īgeniose quę eloquēter proferat/ sed ventose. Nam neq; est diues opum sapientię/neq; doctrinę dapsilis dispēsator. eiusq; doctrina varia est/ subtilis & pegrina: virū spūalē īternę simplicitatis incolam abducēs magis & īpediens q̄ erudiens/ & pturbās amplius q̄ quietans. nō ad spiritualē manuducit aliquādo vnitatē: sed subtiles cogitatus incutiēs inducit potius ad multiformitatē. qui huiusmodi sunt: suā doctrinā/suūq; sensū puicaciter pręferūt & defēdūt/ etiāsi alterius sit sanior/vel ęqualis. in omni virtutum exercitio: negligētia/incuriaq; torpescūt/ & ī omni sua habitudīe/spūali elatiōe tumescunt. Tertio illuminato nostro cōmuni charitate ī cœlū terrāq; (vt prędiximus) effluente: altiloquus iste est ī oībus singularis/ sapientiorē/meliorēq; alijs ipsę se reputat. Et ideo sese/ doctrināq; suā vult prę alijs magnipēdi. quicquid ipe nō docuerit: indoctū putat. & quod nō cōsuluerit: incōsultū. qui mores eius nō emulant̄: iudicat īmoratos. Et qui ipm q̄si ducē nō sequūt̄: errare cēset. In sumēda corpis necessitate: nō parcus. transit/plerūq; ad volu-

ptatē: & defect⁹ modicos negligit prorſ⁹/ & nichili pēdit. ipſe pfecto nec iuſtus eſt/ nec humilis/ neq̧ largus/ neq̧ pauperū miniſtrator/ nec intima deuotione feruidus/ nō interna diligētia pditus/ nec ſenſibili dei dilectiōe affectus/ neq̧ dei/ neq̧ ſuiipſius noticiā verā virtutib⁹ formatā habēs. hos tres articulos diligēter qſq̧ ppendat/ eoſq̧ tā in ſe/ q̄ in alijs vitet/ corrigat & cōdēnet. Neminē tamē huiuſmodi fore/ temere iudicet: niſi quē talē pdiderint opa manifeſta. Nā iudiciū vanū fingens mēdacia de re: cor maculās ſanum/ prohibet diuina videre.


¶ De cōmunitate CHRISTI pro exemplari communis charitatis. Cap. XL.



T autē hūc cōmunis charitatis gradū pcipuū aſcēdam⁹/ & ſup oēs quos pri⁹ poſuimus grad⁹/ vtpote oib⁹ celſiorē ſinglariter optatū poſſideam⁹ CHRISTVM IHESVM pro exēplari nobis præcipuo pponamus. qui fuit/ eſt/ & erit in ęternū cōmunis miſſus in mūdū pro cōmuni vtilitate cūctorū/ cōmuniōis eius pticipes eſſe volētiū. qđ autē ait ſe nō eſſe miſſum niſi ad oues quę perierunt domus iſrael: non eſt de ſolis intelligendū iudęis/ ſed de oibus qui in cœleſti patria dei gloriā ſūt viſuri. nā hos ſolos ad domū iſrael credimus ptinere. Iudęis enī euāgeliū cōtēnētibus: ad gētes apoſtoli ſūt cōuerſi. illę quia pdicationē ſuſcipiētes & euāgeliū CHRISTI: eccliam ſunt ingreſſę. atq̧ hoc modo oīs iſrael ſaluus factus eſt/ id eſt oēs ante mūdi cōſtitutionē electi. Nūc igit̄ inquiram⁹ quomodo ſe CHRISTVS fideli charitate cōmunē oibus exhibeat. In primis quidē quā (vt docuit) ſemper exercuit/ deuota eius cœlos penetrauit oratio: quę

ad paternā semp̱ ascendēs p̄sentiā cōmune negocium omī saluari volentiū / efficaciter p̱orauit. Erat p̄terea cōmunis ī diligēdo feruēter / in docēdo veraciter / corripiendo leniter / in cōsolādo dulciter / in donādo largiter / benigniter quoq̧ & misericorditer īdulgēdo. Corpus eius & anima / vita & mors / omneq̧ ministerium eius cōmunia erant. & in præsentiarū sacramenta eius & dona: cōmunia sunt. Nūq̄ bucellā panis / nūq̄ haustū potus vel quālibet corp̱is necessitatē sūpsit absq̧ ītentione vtilitatis oīm saluandorū. Nichil oīno p̱priū habuit: sed oīa oībus cōmunia erāt / aīa cū corp̱e / mater cū discipl'is / cū tunica palliū. mādu cauit pro nobis & bibit pro nobis / vixit pro nobis / & p̱pter nos mortē sustinuit. Nec p̄tereūdū est illud notabile charitatis insigne: q̧ cū credētibus ī eū largiflua charitate cōmunicauerit fructū & meritū suæ beatissimę passionis / & ineternū cōicaturus sit p̄clari triūphi gloriā & honorē. ipse pugil fortis dirę cruciamina mortis: sola reseruauit sibi quę solus tolerauit.

¶ De cōmunitate ecclesiastica. Cap. XLI.



HRISTVS vero ex hoc mūdo transiēs ad patrē: thesaurū suū ānuosq̧ reddit⁹ / sacramēta scilicet & bona ecclesiastica quę mortis suę laboribus acq̄siuit / familię suę fideliter cōmunicāda suis dispēsatoribus cōmēdauit. bona siquidem CHRISTI & ministri eius suę cōmunis passiōis sustētati laboribus: ascripti sunt cōmuni vtilitati. Et vt ad p̱ticularia descēdam⁹: vniuersi siue ī religionibus / siue extra / diuino cultui dediti / de fideliū oblatiōibus & eleemosynis victitantes / tam in reclusorijs q̄ ī monasterijs / aut alijs quibuslibet religiosis do-

mibus cõmorãtes/sunt ꝓculdubio cõmunibus vtilita=
tibus in orationũ saltẽ suffragijs obligati. In initio etiã
ecclesiasticę religionis sũmi põtifices/episcopi/pręsby
teri alijsq̃ officijs gradatim deputati: cõmunes erant/
docẽtesq̃ populũ ecclĩã catholicã ędificauerũt: & fide
CHRISTI verbis & scriptis suo sanguie rubricatis/
æterno munimie roborauerũt. quorũ doctrina fulget
ecclesia: vt sole luna. hi animo simplices & mundicor=
des: ĩ vnitate sui spũs pacẽ stabilẽ possidebãt. & diuia
illumiati sapiẽtia/ fide diuites & charitate feruidi: deo
& hoib⁹ fideliter ministrabãt. Nũc aũt res in cõtrariũ
versa est. siquidẽ obscuratũ est aurũ splẽdidę charita=
tis. mutat⁹ est color optim⁹ virtutũ. dispsi sũt lapides
sãctuarij ĩ ędificio spũali/ĩ capite oim platearũ. hi nã=
q̃ q̃ sup familiã dei cõstituti pĩmoniũ possidẽt crucifi
xi & bonorũ ecclĩę / ob sanctitatis meritũ charitatis ĩ
stinctu prioribus patribus collatũ dispẽsatores vocã=
tur. Sũt ecõtrario multicordes/instabiles/& aimo pe=
nitus dissipati: sclãribusq̃ oĩno dediti pacẽ spũs igno=
rant/ mundicordiam nesciũt/ nec officiorũ suorũ/ nec
ecclesiæ sacramẽtorum/nec sacrę scripturę mysteria sa
piũt/nec attẽdũt. ob hoc labijs tantũ orãtes: sacrorum
verborũ corticẽ lãbũt/sed nucleũ spũalis ĩtelligẽtię nõ
degustãt. & ideo sensu hebetati & obtusi: diuię verita=
tis lumine priuati/spũaliter tenebrescũt. Et quia spiri=
tualiũ deliciarũ penitus sunt expertes: idcirco plurim
carnaliũ venãtur illecebras voluptatũ/in cibis scilicet
vestibus & potibus/& alijs corpis oblectamẽtis/salua
vtinã (quã diffamare erubescim⁹) castitate. donec ve
ro ĩ hoc statu steterint/imo potius dũ in hoc lapsu ia=
cuerint: diuio lumine spũaliter clarificari minime me
rebũtur. Cęterũ sicut priores patres charitate feruidi

et largitate proflui/nichil sibi de tēporalibus reserua-
bant: ita nūc quidā ecōtrario auari sunt & cupidi/nō
vt colūbę simplices/sed vt accipitres violēter/fraudu-
lēterqꝫ rapaces: hi mores priorū patrū moribus sunt
cōtrarij. hæc vita: cōmuni (de qua supra diximus) vitæ
penitꝰ est aduersa. nō dāno status eccl'iasticos: sed cul-
pā sicubi fuerit reprębendo. vnusquisqꝫ semetipm in-
spiciat: & si culpabilē se inuenerit/ seipsū corripiat/ do
ceat & emēdet. Si vero nichil sibi cōscius fuerit: gau-
diū/quietē & pacē habeat in testimonio cōsciētiæ ino-
cētis. & deū laudās / eiqꝫ fideliter seruiēs: sit sibi ipsi &
omnibus hominibus vtilis propter deum.

¶ Qꝫ CHRISTVS in sacramento eucharistiæ tri-
bus se cōmunicat modis. Cap. XLII.



Voniā autē hunc cōitatis gradū oībus
alijs ꝑferimus: vt desyderiū huius/hęc
legētiū cordibus altius īfigatur/ ꝑciosū
encęniū a CHRISTO ecclesię sacer-
dotibus cōmendatū/suis vero fidelibꝰ
pro cōmuni vtilitate collatū/ exēplari
gratia ꝓponamus. Ante diē festū paschę sciens IHE-
SVS quia ex hoc mūdo trāsiturꝰ esset ad patrē / cæna
fctā cū discipl'is de agno paschali & lege veteri cōsuma
ta volēs ī fine cōuiuij ꝓferre charis cōcenātibus fercu-
lū esculētū/ ꝓpter quod diu desyderauerat hoc pascha
cū discipulis māducare / vt termīata veteri nouā legē
encęniaret: accepit panē & vini calicē ī sāctas ac vene-
rabiles manꝰ suas/& corpus suū de panis/sāguinē ve-
ro de vini materia cōsecrauit. dansqꝫ suis cōiter disci-
pulis: ꝑ eos & eorū successores oībus in se credentibus
vsqꝫ in finem sæculi destinauit. Hoc preciosissimum
& esculentissimū ferculum in cœlo & in terra beato-

rũ/fideliũq̃ cõuiuia letificat & exornat. & in hui⁹ quidẽ ferculi esculentia seipsũ CHRISTVS cõmunicat tribus modis. Primo dat nobis carnẽ in cibũ/ & sanguinẽ in potũ cũ tota sensualitate gl'ificata/ omni gaudio & dulcedĩe saginata. Secũdo dat nobis spiritum cũ intellectualibus potestatibus/gloriosis dotibus redimitis/omniveritate & iustitia opulẽtis. Tertio largit nobis suã ꝑsonalitatẽ diuia nobis claritate irradiantẽ/ spiritũ CHRISTI/& vniuersos dei gratia lumĩosos spiritus/ad deitatis vnitatẽ excellentissimã eleuantẽ.

¶ Quali meditatione exercebimur consecrantes eucharistiæ sacramentũ vel sumentes. Cap. XLIII.



OS vero quotiescũq̃ vel cõsecrauerim⁹ vel sũpserimus dñici corꝑis sacramentũ: in memoriã suã agere ab eo quẽ sumim⁹ ĩperamur. Operepreciũ igit̃ est: vt quali meditatiõe exerceamur cõsecrãtes vel sumẽtes hoc viuificũ sacramentũ (aspirante gratia) doceamur. Aĩaduertere igitur nos oportet quomodo se CHRISTVS amorosa affectiõe/ vitali appetitu & intimo desyderio ad nos ꝓclinat: & ĩ nostrã corꝑalẽ naturã toto se cordis fluore diffundit/ dãdo vtiq̃ nobis quod de nostra hũanitate suscepit carnẽ scilicet & sanguinẽ/ & naturã totaliter corꝑalẽ. Re cogitemus quoq̃ cũ corde nostro vigilãtius meditantes: ipsũ qđ sumimus corpus p̃ciosum/ diris nostri causa vulneralibus ꝑforatũ/ & ĩaudito cũctis antea sęculis atrocissimo martyrio trucidatũ/ charitate fidelissimi cordis ob nostrã salutẽ ad patiẽtiã eũ vltroneã inflãmãte. hac enĩ meditatiõe secũdũ inferiorẽ hũanitatis nostrę partẽ: gl'iosa CHRISTI hũanitate pascimur & ornamur. Aduertam⁹ ꝓinde ĩpm bñdictũ cor-

pus CHRISTI viuidũ fore ſpiritu glorioſo/ oĩbus donis & virtutibus opulento/mirandis & ineffabilib9 charitatis & oĩs dignitatis inſignibus polito.quē pariter ꝓculdubio ſumētes cũ corpe et ſanguine pcioſo ſecundũ vnitatē ſpiritus noſtri / ac ſecundũ vires ſupremas cibamur/ornamur/ & illuminamur per inhabitationem CHRISTI,/diuitiarũ ſuarũ theſaurũ ſecum pariter afferētis. Attendamus deniq; nos ſimul cum corpore & ſpiritu totũ CHRISTVM habentes diuinitatē eius ſuſcipere glorioſam & incomprehēſibili nos claritudine pfundentē: per quã ad patrē trãſlati/ vnimur ei/ paterq; nos cũ conaturali & coeſſentiali filio/ benigne ſuſcipit adoptiuos/atq; ita dei hæredes/ CHRISTI aũt cohęredes affecti:hęreditatis noſtrę diuinitatis ſcilicet eſſentiæ quodã modo reſtituimur poſſidendę. His Chriſtophagus vt ſic dicere liceat/ quaſi CHRISTVM manducans deuotione intima prępenſatis: exeat obuiam CHRISTO ſecundum oēm modũ quo ad eũ venire dignatur.vnde ad ſuſcipiendũ tam dignũ hoſpitē/imo dominũ in ſua ꝓpria venientē:toto corde/toto deſyderio/totaq; affectione cũ oĩbus ſimul viribus & appetitibus in occurſum veniētis erigat & eleuet ſeipſum.hoc eni modo CHRISTVS eum ipſũ ſuſcepit.Hic aũt appetitus quantũcũq; magnitudine inualeſcat:nimius eſſe non poterit. quia natura noſtra cõnaturalē ſibi ſuſcepit naturã/ id eſt humanitatē glorioſam / omni gaudio ac ſuauitate pleniſſimam & omni honore digniſſimam.ideoq; optamus / vt Chriſtophagus noſter in ſuſceptione tam glorioſi principis: totus prę intimo cordis deſyderio liqueſcat / totuſq; præ gaudio ac delicijs intrinſecus reſoluatur/ & dulceſcat.quando reuera intra ſe ſuſci-

pit filiũ dei: vnitur specioso forma p̄rę filijs hoim. ĩ cu-
ius nõ tantũ labijs diffusa est gratia: sed qui totus ple-
nus est gratia & veritate. in huiusmodi eni desyderio-
so occursu/affectuosoq₃ appetitu: ꝑsæpe plurima bo
na cõferũtur/ & mirãda arcana ex diuię bonitatis the
sauro pãduntur/recogitante quoq₃ desyderioso Chr
stophago preciosi quod suscipit corporis tam crude
le martyriũ/tam acerbã passionẽ: tãtus ĩterdũ in me
ditatiõe eius/ ignis deuotiõis intimę exardescit/tant
amorosę cõpassionis incẽdio vstulat̃/vt optet CHR
STO concrucifigi/ & ad honorẽ eius sanguinẽ suun
fundere/sacris vulneribus affectiõe ĩtima se ĩmergens
atq₃ in patulo corde sui se occultãs saluatoris. Et ĩ ho
exercitio: multa plerũq₃ abdita reuelant̃ / & speciale
gratię concedũtur. posset autẽ cõpassionis affectio &
imaginationis vulnerũ attẽtio esse tã vehemẽs & tar
magna: vt videret̃ sibi in corde & in oĩbus suis mẽbr
dolores vulnerũ CHRISTI se sentire. vt si stigmat
vulnerũ essent veraciter cuiq̃ hoi quomodolibet cõc
dẽda: ipse nimirũ cõpassionis efficacia & imaginatiõ
vehemẽtia/ea cõsequi mereretur. Hoc ergo apparat
CHRISTVM secũdũ hũanitatẽ/digne vtcũq₃ ꝓ n
stro modulo receptamus/ & celebri pro facultate reu
rentia honoram⁹. verũ nichilomin⁹ ĩhabitare nos c
uenit nostri spũs vnitatẽ: ac cœlũ/terrãq₃ clara discr
tione prę uia/latissima ꝓfundere charitate. & per hc
CHRISTI vtcũq₃ similitudinẽ scd̃m spiritũ gerim
eiusq₃ aduẽtui digne satis pro nostris viribus respor
demus. Porro diuinitatẽ ꝑsonę CHRISTI quia c
prehendere nõ valemus: eius adiuti gratia/ nosipso
CHRSITIQVE humanitatẽ intẽtione simplici
amore fruitionis auido trãseam⁹. atq₃ in nostra hęr

ditate/id est i diuinitatis essentia: æternaliter quiescamus. Hac nos hęreditate/CHRISTVS pculdubio spūaliter hęreditat: quoties nos ad hoc pfatis exercitatiūculis pparam9. vultq; vt toties eū sacramētaliter ac spūaliter accipiam9 : quoties discreta ratio iudicauerit cōdecere. Et licet quispiā tali desyderio/taliq; deuotiōe minime senserit se affectū: si tamē dei honorē/suūq; pfectū intēderit & salutē/secure poterit ad mēsā dñi cōuiuari/dū modo man9lauerit ab omni opere viciorū/ & cōsciētiæ faciē ab omni purgauerit veneno mortaliū peccatorū. hæc p secūdo spūali CHRISTI aduentu eiusq; negocio dicta sufficiant.

¶ Qꝫ vnitas diuię naturæ sit originaria causa omnis spiritualis operationis. Cap. XLIIII.



Vmma diuinæ naturæ supessentialis vnitas/ iqua pater & filius & spūs sancti vnitate cōnexi:supra oīm potētiarū nostrarū captū & intelligentiā/naturā suā possident in nuda essentia spūs nostri. Ipsa(inquā) vnitas est diuię essentiæ ifinitū pelagus & caligo supexcellētissimę claritatis:per quā deus omne lumē creatū obtenebrās/oēm creaturā excedit inęstimabili eminētia dignitatis. hæc ipsa diuinę naturę sublimis vnitas:viuida est & fœcūda. nā ex ea quasi ex paternę fœcūditatis vtero:verbū æternū sine obūbratiōe vicissitudinis generatᷓ. Per quā generationē pater filium & fili9 patrē cognoscit & oīa quę sunt. pater i filio/velut in suę maiestatis immaculato speculo/atq; in patre filius tanq̄ in sua origine/vt pote vni9 simplicis existētis naturæ/ visione mutua se cōtēplantᷓ. Et hoc mutuo patris/filijq; cōspectu:æternum in alter utrum beneplacitum diriuatur / & amor

coessentialis/coęternusq; / qui spiritus sanctus dicitur mutuo spiramēto procedit.per hunc autē spiritū sanctū/& per æternā sapientiā se deus pater ad oēm creaturā / differēter tamē ꝑpagat/singulos spūaliter electos donis gratię munerās/igneq; charitatis accēdēs/ vnūquēq; iuxta suæ meritū dignitatis/necnō secundū status sui gradū.in quo(mediātibus virtutibus) diuia prędestinatiōe positus & electus/cui⁹ rei cansa oīs electus in cœlo & in terra spūs:in virtutibus atq; iustitia dirigitur & mouetur.

¶EXEMPLVM quomodo deus essentiā aimæ inhabitans:sua influētia spūalē causat vitā.Cap.XLV.



HVius rei quoddā in naturalibus reperim⁹ exēplū.creauit enī deus cœlū empyreū/ purū/ vniforme/& lucidū/simplici claritate cęteros cœlos & quæ in eis sunt materialia ambiens vniuersa/existēs localis quędā habitatio & corpea regio dei/& oīm beatorū/plena gloria & gaudio sempiterno. & quia ipsū est(vt dixim⁹) ęterna q̄dā claritas: vniformis/ideo nec tēpori subiacet nec motui/nec vlli ꝑrsus mutabilitati / sed est suꝑ oīa materialia mobilia īmobilitate ꝑpetua cōfirmatū.huicc ęlo īmediate substernit primū mobile:quod motu suo/ cætera mouēdi causa/vim ab īmobili vniformitate ac primaria dignitate empyrei/dei virtute cooperāte susceptat. nā motu illius agēte: firmamētū & sphera cæterę planetarū circulariter volutātur.quorū iīluētijs motuū:vniuersa generabilē/corruptibilēq; vitā habētia/ sigula ī suo genere vegetant.iuxta hāc similitudinē:essentia animæ est quędā regio spūalis/deiformi plena claritate/ oīm potentiarū suarū captū excedēs/ nisi forte (quod nūc pręterreo)simplicis intelligētiæ visione.Est ergo essētia

animę velut cœlũ empyreũ:cui imediate subnectit̃ q̃ si primũ mobile vnitas spũs/siue mẽtis. nã in hac vnitate: primo spũs ab influentia diuinę virtutis in essentia aĩmę habitãs/ tã naturaliter mouet̃ q̃ supnaturaliter. quoniã nec naturale/ nec supnaturale quicq̃ a nobis ipsis habem⁹. hic aũt diuĩę influẽtię prim⁹ motus: dũ supnaturaliter mouet/ tũc pria & pricipalis causa est oĩs motus. & in eo: quibusdã dei gratia illumĩatis/ septẽ dona sancti spũs cõferũtur/ quasi septem planetæ oẽm vitã eorũ claritate pręcipua illustrãtes/ & charitate melliflua fœcũdãtes. Hic ergo est mod⁹: quo de⁹ essentialẽ animę/ quasi regionẽ suã inhabitãs vnitatẽ/ potentiali spũs vnitati/ cũctisq́ȝ animę potẽtijs/ donis influit gratiarum.

De Tertio CHRISTI spirituali aduentu/ vnius fontis venæ comparato. Cap. XLVI.

IGitur vt supremũ ornatum spiritualis vitę/ qui tertio sponsi aduentu in vnitate nostrę essentiæ cõficit̃/ assequamur/ ac summũ spiritus nostri sub creato lumine exercitiũ altiori nos gradu subuehens subeam⁹: ne forsan vel fractis vel ĩcultis prioribus gradibus superuacue laborem⁹/ animaduertendũ nobis summopere est: an secundũ exteriorẽ hominẽ moralibus actiuæ vitę virtutib⁹ decenter/ vtcũq́ȝ ornati simus/ an quatuor primi aduentus sponsi gradatim/ interni exercitij passibus ĩgenue scansis possideamus vnitatẽ spiritus nostri/ in diuĩę vĩculo pacis supnaturali sapiẽtia intellectualiter illustrati/ cęlũ/ terrãq́ȝ largifluę charitatis diluuio p̃fundẽtes/ & in diuinæ vnitatis abyssum ex qua fluũt oĩa/ ei cohęrendo honoris & reuerẽtię onusti munerib⁹/ refluẽ-

tes. oĩs enĩ rationalis/ĩtellectualisq́ creatura: quo amplius est a deo donis amplioribꝰ cumulata / eo magis profluuio dilectiõis/tenacitatis/& adhesionis ꝓclinio/ ac ꝓfundiori penetratiõis intuitu/in suã originẽ reflectitur. quę ex donorum suorũ fauorabili gratia refluxũ exigit: & nos charitatis prõptitudine/& bonitatis plenitudine ac deiformitatis similitudine ꝓuocati ĩ eũ refluere festinamus. His ergo sicse habẽtibus: mox diuini fauoris afflatu/ eiusq́ occultę operationis effectu/ nostri autẽ ardẽtis amoris occursu/omniũq́ viriũ nostrarũ in vnitatem essentiæ quã inhabitat influxu: tertius aduentus spiritualis CHRISTI oritur/profundiori & ob hoc digniori exercitio nos exornans. Est vero hic nouus aduentus: intimus valde CHRISTI tactꝰ/spũs nostri penetralia suę dignitatis claritate tãgentis. Assimilato autẽ precedẽte CHRISTI aduẽtu fonti tribus riuulis efflũeti: hũc venæ fontis volumꝰ cõparare. prẽsertim cũ riuorũ nullus nisi ex fõtana redundãtia oriat̃: nec fontiũ vllus aquarũ redũdet meatus: nisi viuidę venę scatebra repleat̃. gratia enĩ dei (vt prędiximꝰ) in vnitate mẽtis/similitudinẽ fontis tenẽs: in sup̃mas potẽtias riuulis influit gratiarũ/ad virtutũ actus eas habituãs & informãs. Ipsa vero in eandem vnde emanat vnitatẽ/ex viuo diuitiarũ dei pelago indeficientissimo/fidelitate/pietateq́ dei plenissimo/q̃si vena viuida scaturizat. Et hęc gratię occultissima scaturigo: aduẽtus est CHRISTI tertius/quem tactus noĩe designamus. Hũc aũt tactũ / spũs nõ cooperans patitur: quoniã supremę potẽtiæ hoc tactu in vnitate spiritus adunãtur. solo illic deo (qui est oĩm virtutũ/salutisq́ nostræ causa primaria) operãte. Illic quoq́ oĩs operatio/ratioq́ fatiscit. Nam & ratio diuino lumine

clara & magis virtus amatiua: hūc sentit tactum/ ratione tamē modū eius cōprehendere non valente. Est namq; (vt diximus) solius operatio dei: & omnis gratiæ/ omniūq; donorū venalis scatebra & origo / inter deum & creaturā nouissimi medij vicefungens. Supra vero hūc tactum in ipsa silenti/ tranquillaq; spiritus essentia: incōprehēsibilis quedā emicat claritas. & hec est excellētissima trinitas deitatis: ex cuius diuitiarum profluuio tactus iste causatur. Illic siquidem inuicem deus in spiritu & in deo spiritus regnant.

¶DE EXITV ET EXERCITIO HVIVS GRADVS. Cap. XLVII.



Eniēs vero spiritualiter hoc tactu CHRISTVS in mentē: nouo rursus quasi medię noctis clamore intonat dicens. exite ītimo spiritus exercitio: secundū modū & exigētiā huius tactus. Profundus siquidem tactus iste trahit/ incitatq; spiritū nostrū ad profūdissimū/ sublimissimūq; exercitiū spirituale: qd' sub creato valet lumīe exerceri. Eleuat ergo se spirit9/ amatiuę virtutis efficacia/ omnis operationis negociū supergrediens/ in vnitatē mentis: in qua tactus huius vena viuida/ scaturizat. Cæterū hic tactus ad cognoscendum in sua claritate deum/ incitat intellectū: & ad fruendum īmediate eo/ amatiuæ virtutis trahit & inuitat affectum. quod super omnia deum amans spiritus: & naturaliter/ & supernaturaliter concupiscit. Per illuminatā autem rationē spiritus intimo contuitu se exaltat: penetralia sui vbi tactus iste scaturit attentissimo prospectu contēplans. Ratio vero sūmis īnixa vi-

ribus & omne creatū lumē: in huius prospectus scrutinio deficit & calligat. quoniā supemicās diuina claritas hunc tactū causans: occursu suo oēm creatū visū obtenebrat / vtpote īfiniti & omnis creati luminis aciei reuerberatiui splendoris existēs. Cūctis intellectibus creato tamen lumine illustratis / ad ipsum spūaliter ita se habentibus: sicut se habet corporaliter vespertilionis oculus ad claritudinē lucis solis. verūtamen ad scrutandā originē hui⁹ tactus / hoc est sciendū: quid deus / quidq; sit hic tactus / tam a deo / q̄ a seipso nouis semꝑ stimulis spiritus incitatur. & ratio luminosa in inquirendo quid sit / ac in scrutādo mellifluę venę pricipiū: semꝑ est solers & vegeta. Sed nimirū initij scrutatiōis scientia rationalē totalis indaginis scientiā nō excedit. q̄obrē ratio & oīs cōsyderatio cogit̄ exclamare: qd sit hoc / penitus ignoro. Nā supemicās diuia claritas: suo occursu omnē creatū reuerberat & obtenebrat ītellectū. Sic ergo deus quasi pr̨ fulgore / claritatis sų nube supemicat in cœlo / terraq; / spiritibusq; vniuersis. Qui vero supra seipsos vsq; in suā originē (qų ꝑenis vit̨ ianua est) virtutū / spiritualiūq; exercitiorū acumīe penetrarūt: hūc tactū sētire possunt. Illic enī tam immensus diuin̨ claritatis fulgor splendescit: vt omnis ratio / oīsq; intellectus in sua indagine deficiat & hebescat / incōpr̨hēsibilisq; diuinæ claritudinis obūbraculū pati tantū cedendo cogat̄. Verū quāq̄ ratio & ītellectus: diuinæ claritatis īmēsitate reuerberari ꝑ foribus gradū sistere cōpellant̄: amatiua tamē virtus / qų sicut intellectus ad notitiā / ita ad gustū ipsa diuinitus īuitatur / amoris īpetū prosequi cupiēs / progredi nō fatiscit. Ipsa enī solius fruitionis / qų gustui magis debet̄ q̄ visui: delectatur āplexu / & ideo ī se c̨ca cū sit in me-

ridiæ velut ĩ tenebris æque palpitans/intellectu nimia claritate colligato in ianuis excubãte:ipsa cum Moyse caliginem intrare festinat.

¶DE ESVRIE SPIRITVALI. Cap.XLVIII


Oluntate itaq3(quã amatiuã virtutem vocamus) cępto operi explendo/sũmo conamine insistẽte: spũalẽ quandã insatiabilem ĩcurrit esuriem/id est intimũ & ĩpatiẽs desyderiũ cõprehendẽdi bonũ increatũ/cum tamen ipsa creata sit. Nam cũ spũs diuinę fruitiõis faciẽ summe desyderet/ & ad hãc a deo trahat̃ & inuitet̃: ideo nimirũ totis eã optat viribus ĩpleri. hic ergo spiritualis bolism9/ id est canina & ĩsatiabilis fames exoritur volũtatis / ĩmensũ bonũ metiri/ & incõprehensibilẽ cõprehẽdere moliẽtis:veluti si totũ pelagus simul glutire minimus maris pisciculus niteretur/quorũ/vtrorũq3 conatus frustrabitur inęternũ. hi indigi sunt & oĩm pauprimi. Nã caninã voraginẽ bibulositatẽq3 patiẽtes arenę:q̃cquid mãducant vel bibũt nũq̃ eatenus satiant̃. Ob hoc quoq3 hęc esuries eatenus est æterna : quia vas creatũ nunq̃ valet bonũ capere increatũ. & ideo immensa bonitate diuinitatis captũ omnẽ spiritus infinita magnitudine excedẽte:ęternũ famelicũ desyderiũ stabilitur. Parata quidẽ est in cõspectu spũs/mensa esculẽtarũ dapũ/cõditorũq3 poculorũ vbertate referta:quæ nemo scit nisi qui accipit. Sed plena fruitionis satietas:ipsa est desyderatũ ferculũ/ quod omnẽ sui dulcedine in se ꝓuocat appetitũ.sed a nullo prorsus ꝓpter sui magnitudinẽ:vlla ten9 capitur appetitu. Et quia amoris hoc habet fiducia/vt secundo ac tertio frustratus a suo conamine nõ fatiscat/post defectũ vires semꝑ reparãs : ad ipsum esuriẽ quoq3 renouat & adauget. Ex ipsius ta-

men tactus vena viuida: & melliflui pariter deliciarū riuuli fluitāt. Nam iuxta omnifariū spūs desyderiū: secum affert hic tactus delectamēta saporis. Sed quia intra creaturę captū sub diuinæ imensitate magnitudinis hęc agūtur: idcirco in hoc gradu fames impatiens (cui omne creatū nō sufficit/ nec deus suppetit) ꝑpetuo ꝑseuerat. Quo fit vt et si deus huic esurieti spūi/ oēs sanctorū diuitias/ & quęcūq3 creaturę donabilia sūt se solo retento vberrime largiret: fames tamē auida irrestricta/ insatiataq3 maneret. Siquidē internus dei tactus esuriē/ desyderiūq3 auidū causat i nobis: diuio ad hoc spū/ nostrū spiritū incitāte. & ideo quo vehemētior tactus: eo fames auidior & ipetuosior appetit⁹. vere hęc est amoris supra rationē intellectūq3/ iuxta sūmę oꝑationis eius negociū vita: quoniā ratio hoc i gradu/ nec cōferre/ nec auferre amori q̄d valet/ cū sit amor noster diuio tactus amore. Et vt singulariter/ & de sēsu ꝓprio quid annectā: nullū hic sentio a diuina charitate vnq̄ diuortiū/ post futurū. Cęterū tactus dei ex ea qua nos tāgit/ eūq3 sentim⁹ parte/ necnō & nostrū auidę famis desyderiū: vtrūq3 creatū est. & ideo quoad vixerimus: vtrūq3 cōtinuū potest suscipere incrementū.

¶ DE CONFLICTV DIVINI/ NOSTRIq3 AMORIS. Cap. XLIX.



N hoc amoris impetu: duo inter se spiritus dei scilicet / nosterq3 cōfligūt. de⁹ quippe per spiritū sanctū in nostrum spiritū se ꝓclinat: & hinc dei digito nos tangente/ amoris igniculo vstulamur. versa autē vice spiritus noster diuino tactu ꝓmotus/ amatiuaq3 virtute subiectus: in deū se īprimit & inclinat/ & hinc retangit vicario tactu deus.

Itaqꝫ his ex tactibus mutuis/oritur cōflictus amoris: dum ſcilicet occurſu intimo altrinſecus ſibi obuiant deus & ſpiritus noſter,ac per hoc penetratiuis amorum acuminibꝰ:vterqꝫ pariter vulneratur. vterqꝫ pręterea dei ſcilicet/noſterqꝫ ſpiritus mutuis ſefulgoribus interlucent/ altero alteri ſuam faciē oſtendente / quod iugi facit eos eſurie in alterutrum inhiare. Alter alterum totum eſurit & deſyderat:& alter alteri ſe totum offert & exhibet.& hoc facit amātes liqueſactos:amoris incendio fluitare. Porro tactus dei & eius largitio/ noſtraqꝫ eſuries & relargitio : amorē ſtabili ſoliditate confirmāt.hic fluxus/hicqꝫ refluxus facit amoris fonticulum redūdare:& dei tactus/ noſtriqꝫ amoris perauida eſuries vnus ſimplex amor fiūt. Hoc gradu ita ab amore/amans ſpiritus poſſidetur:vt ſui ipſius oblitus/nil noſcat prorſus e cunctis pręter amorem.ſic ſpiritus amoris igne totus comburitur : tamqꝫ profunde penetrat tactum dei & auiditate eius reuerberata penitus & retuſa/omis ipſius operatio ānulata/ prorſus fatiſcere cōpellatur. ipſeqꝫ defectus operis/ ſupra ōne operationis negocium: emphatice amor efficitur/intimum/vniformē ſuę creationis apicem ſupra omnem virtutum poſſidens multitudinem / vbi cuncta creata opera initium ſortiuntur & finem. Hic eſt amor in ſe reciprocus omnium virtutum radix pariter & fundamentum.

❡DE SVMMO SPIRITVALIS EXITVS GRADV. Cap.L.


Erum cum ſpiritus noſter viuꝰ ſit & efficax/ ac virtutum prole fœcundus: non ſe patiuntur potentiæ in vnitate ſpititus ociari. Nam & incompręhenſibilis dei claritas/ & diuini

amoris pelagus infinitum / spiritui desuper immi-nens: virtutem amatiuam tangit. Et subito pristino operi spiritus restitutus: auidiori esurie/inhiantiorique quam prius conamine agitatur. & quo ardentior fuerit/eleuatior & illustrior: eo celerius operationis eius negociu/ in amoris ocium terminatur/ rursus renouato dei tactu recidens in idipsu. Hæc reuera vita: supmundana est & cœlestis. Semper enim auens/esuriensque spiritus deu se posse glutire psumit. Sed in cotrarium re versa: ipse a diuini tactus magnitudine absorbetur / suoque opere destitutus ipemet super omne opus amor efficitur. In vnitate siquide spiritus celebratur vnio viriu supremaru. illicque gratia essentialiter supeminet opationi: fons & origo charitatis/ oimque virtutu existens. Et sicut illic charitatis/ virtutuque originatur effluxus: ita & viriu illuc interna deum gustadi esurie fit refluxus/ & æterna inibi per simplice amorem immansio. Hęc tame infra deu/ intraque creaturę captu / moduque agutur. hic autem est summus spiritualis exercitij gradus: qui sub creato potest lumie possideri. supra que nil restat: nisi vita intellectualis/ & cotemplatiua sub diuio lumine/ & modo penitus deiformi. Et in hoc ipso exercitio/ nec error intercidit nec deceptio. atque ad optima partem pertinens/ in hac peregrinatione inchoatu/ no auferetur in patria: sed ęternaliter manans fœlici consumabitur gloria. Hæc pro tertio spirituali aduentu: dicta sint.

¶DE QVARTO / Articulo principali: scilicet de obuiatione sponsi. Cap. LI.


Ribus igit̃ articulis/in principio p̃miſſi libri explicatis / primo ſcilicet quomodo quiſpiam ſpiritualis vitę amplectens infantiam:per dei gratiam ſpiritualem pro interno exercitio recipit viſum/ ad quod hortamur cum dicitur ecce. Secundo vero/quomodo ſponſus tribus ſpiritualibus in nos veniat aduẽtibus/vno quadriformi & reliquis principaliter vniformibus. & tertio ſub vno tamen fere contextu quomodo ſecundum exigentiam/ inſtinctumq́ȝ ſingulorum aduentuũ ſpiritualiſit exercitio exeundum. Reſtat nunc vt quartum quarto loco articulum de ſpirituali ſcilicet ſponſi obuiatione tractemus. Nam omnis noſtra ſpiritualis ſub gratiæ vel glorię lumine viſio/ cõmuniſq́ȝ ſtudioſus exitus qualiſlibet exercitij nõ ob aliud cõditur/non propter cauſã aliam negociatur/ q̃ vt ſponſo CHRISTO domino obuiemus/ eiq́ȝ amoris glutinio vniamur. quoniã ipſe eſt pax noſtra perpetua:ipſe finis & pręmium totius noſtri laboris. Nouit charitas veſtra:obuiationẽ duarum ad min⁹ occurſum/ & vnionem quondã fore perſonarum ex oppoſitis locis venientiũ/ & in ſeipſis penitus diſtinctarum. CHRISTVS autem de ſurſum venit vt dominus omnipotẽs/ & munificus elargitor: nos vero de deorſum venimus vt ſerui pauperes/ a nobis ipſis nichil prorſus valentes ſed omnibus indigentes. CHRISTVS ab intimis verſus exteriora procedit:nos vero e regione ab exterioribus ad intima ſpiritualiter ĩtramus. & ideo neceſſe eſt hic occurſum fieri ſpiritualem.

DE OBVIATIONE & vnione dei & ſpiritus noſtri. Cap. LII.


IT autē inter deū & spiritū nostrū duplex obuiatio: scilicet mediata & imediata. attendite itaq; hic singuli diligenter. vnitas spūs nostri dupliciter se habet essentialiter videlicet & potentialiter. & secundū essentialē quidē habitudinē suscipit aduentū CHRISTI naturaliter imediate/ & absq; vllo vicissitudinis interstitio. quoniā esse illud & vita quā in mente superni artificis per ideas ꝓprias/ nō tam habemus/ q̄ ipsęmet sum⁹ (dicēte scriptura. Quod factū est: in ipso vita erat) & esse ipsum quod in nobis essentialiter possidemus / imediate & iseparabiliter i nobis vnita sunt. hāc ob causam spiritus noster secundū sūmū & intimū essentiæ suæ apicē/ sui ad cuius imaginē creatus est exemplaris ipressionē/ luminisq; diuini vultus signationē semꝑ suscipit / factus naturaliter perpetua dei inhabitatio/ a diuinæ essentiæ æterna imanasione possessa/ nouoq; semꝑ diuinę visitationis aduētu frequentata. & æternę gn̄ationis verbi noua illuminatione noui luminis illustrata. Siquidē vbi semꝑ est: illic deus continuę venit. & quo semꝑ venit: illic continue est. sed vbi nūq̄ fuit: illuc nūq̄ veturus est. quoniā apud eū nō est transmutatio: neq; vicissitudinis obūbratio. omne autē in quo est: ipse id in ipso est. quoniā suæ essentię infinitatē: ipse exire nō potest. hāc ob rem vicaria possessiōe naturaliter sese possidēt deus & spiritus noster. Nā queādmodū nos in deo per rationes viuim⁹ ideales: ita & deus ꝑ essentiā/ pręsentiā / & potentiā est in nobis. Est quoq; spūs noster secundū sui supremū: diuię claritatis & oīm diuinorū imediate capax. sed & per claritatē sui æterni exemplaris / in se essentialiter/ ꝑsonaliterq; lucētis: spūs secndū sui supre-

mum in diuinā essentiā naturaliter & habitualiter se inclinat/illicꝗ naturalē quandā & habitualē fœlicitatem imanenter possidēs ꝑ æternā filij generationē.cū oībus inde creaturis rursum effluit:& per volūtatē sāctissimę trinitatis in suo esse creato locatur.In hoc gradu imaginē tenet ipsius secundū quā creatus est trinitatis & vnitatis/secundū creationis suę faciem/æterni sui impressionē absꝗ vicissitudinis obūbratiōe patiēs ad instar imaculati speculi pręsentis obiecti/ īpressam semꝑ imaginē retinentis/et noua speculatione recentē notitiā sine intermissione noua claritudine renouātis. Hæc aūt essentialis vnitas subsistit spūs nostri cū deo: nequaꝗ̄ sua virtute/sed ī deo manēs ex deo manat/& a deo dependēs in deū velut in suā æternā causā reflectitur/nec a deo vnꝗ̄ eatenus separata est/ nec separabitur in ęternū.ipsa enī naturaliter inest nobis ī tantū: vt si a deo vllatenus separetur/ creatura decideret ī nichilū.ipsa deniꝗ tēpus excedit & locū:sine ītermissione semꝑ operās iuxta modū oꝑationis diuię/ excepta sola suę imaginis impressione quā nō agēdo sed patiēdo suscipit / tanꝗ̄ quod deo simile & in seipso penitus increatū. Hęc est ea dignitas quā ī essentiali spūs nostri vnitate naturaliter possidemus / vbi deo spūs noster naturaliter est vnitus.verūtamen ipsa nec sanctos nos efficit nec beatos:quoniam tam a bonis / ꝗ̄ a malis omnibus naturali ęqualitate veraciter habetur/ sed non ab omnibus ęqualiter experitur.Est tamen quodā modo primaria causa/& quoddam velut materiale omnis sanctitatis / omnisꝗ bonitatis principium. Hic est ergo dei/nostriꝗ spiritus obuiatio & naturalis vnio.

¶De obuiatiõe supnaturali dei & spūs nr̄i. Ca.LIII.



T nunc quę dicturus sum: diligenter aduertite. Nam si cum iam dictis perspicaci fuerint animo ītellecta: omnem profecto diuinam veritatem a quacunq; creatura docibilem/ facile capietis & vltra. In ea ipsa de qua diximus vnitate pręter essentialem habitudinem etiam potentialiter & operatiue: spiritus noster se habet in seipso velut in proprio personali esse subsistens. Nam hic fons est & origo potentiarū animæ supremarū / principium & finis ōnis creati operis/ tam naturalis/ q̄ supnaturalis/ creaturæ modo peracti. Verūtamen vnitas inquantum vnitas est: non operatur/ sed omnes animæ vires quouismodo operentur/ virtutem & potestatem a sua recipiunt origine/ id est ab ipsa vnitate spiritus/ in sua personali existentia originaliter subsistentis. In hac igitur vnitate necessariū omnino est: vt vel deo sit similis spiritus per gratiam & virtutes/ vel dissimilis per mortale peccatum. Quoniā sicut ad imaginem: ita quoq; ad similitudinem dei/ id est ad gratiæ informationem conditi sumus. Nam ipsa est deiforme lumen nos illuminās: & nostro nos assimilans creatori / sine quo deo supernaturaliter vniri nō possumus. Et q̄uis imaginis impressionem & naturalem cum deo vnitatem amittere non valemus: si tamen similitudinem id est gratiam amittimus: iuste dānamur. quam ob causam deus cōgruam susceptioni gratiæ aptitudinem in nobis inueniēs: suæ liberalis bonitatis instictu nos viuificare/ & sibi p grām assimilare nō differt/ quoties scilicet ītegra ad ipm cōuertimur volūtate. Nā ipso momēto cōuersiōis nrę: CHRISTVS ī nos & p mediū vēit/ & sine

medío/id eſt per gratiã & virtutes/& per ſeípſũ ſuper omnes virtutes.nos quoq; ad eũ/& i eũ ſimilibus modis venimus.ſuãq; nobis imaginẽ/ſimilitudinẽq; iprimens/id eſt ſe & dona ſua:liberat a peccatis/ vere nos liberos/ſibiq; cõformes efficiẽs.& eo ipo momẽto quo a peccatis liberamur/& per gratiã & charitatẽ liberi efficimur: ſpiritus in amorẽ fruitiuũ fœlici imerſione ſe ꝓfundit. fitq; hoc ipſo obuiatio / vnioq; ſupnaturalis et imediata:in qua ſumma noſtra beatitudo conſiſtit. vnde q̃q̃ deo naturale ſit q̄cq̄d charitatis bonitatis munificẽtia elargit̃:nobis tamẽ ſcd̃m noſtrę creatiõis modũ accidẽtale eſt & ſupnaturale. vtpote q̄ pri⁹ natura filij irę/ extranei/atq; diſſiles fueram⁹: & poſt ea facti ſimiles /charitatiuã cũ deo adipiſçimur vnitatẽ.Oportet autẽ hãc quã amãs ſpũs in deo cõſequitur & nullo medio i eo poſſidet vnitatẽ:in habituali cõpręhenſiõe fieri itrorſus valde/ & inacceſſibiliter captui noſtri intellectus niſi forte habituali ac ſimpliciitelligẽtia iuxta ſimplicitatis modũ tenuiter ſõniet.in ipſa quippe:nobis eſt ſupra noſipſos/& ſupra oia quieſcendũ. Ex ea ni tam naturalia q̃ ſupnaturalia dona effluũt vniuerſa:& tamẽ in ea viator ſpiritus ſup oia req̄eſcit.nec eſt hoc aliud:niſi deus & ſpũs immediate deo vnitus. In hãc vero vnitatẽ nos a ſpiriritu ſancto ſuſcipimur:vertaq; vice nos cũ ſpiritu ſancto patrẽ ſuſcipim⁹ & filiũ/ & totã deitatis naturã / quoniã deus indiuiſibilis eſt. ruitiua quoq; ſpũs inclinatio/in deo ſup oia requiem ꝗrẽs: id omne in ſua eſſentiali exiſtẽtia ſupnaturaliter cõſequitur & poſſidet/ quicquid illic ſpiritus naturaliter eſt adeptus. Ab vniuerſis autẽ dei amatoribus hęc habentur:ſed modus quo ea fiunt ab eis quoad vixerint ignorat̃ / ſi non intima ſpiritus diligentia

vigilauerint/ & a cũctis vocauerint creaturis. In eodẽ quippe atomo quo quis auertit a peccatis: a deo in essentialem sui ipsius vnitatem / in suprẽmũ sui spiritus apicem suscipitur/ vt in deo & nunc in perpetuũ requiescat. Recipit quoq; gratiã/ diuinãq; similitudinẽ ĩ fontanã originẽ potẽtiarũ: vt ĩ virtutibus ꝓficiat/ & ĩ bonis moribus adolescat. perseuerat autẽ vnitatis requies q̃diu per charitatẽ similitudo permãserit & virtutes. necnõ nisi reatu mortalis criminis: nullo diuortio valet amitti.

DE EFFECTV SIMILITVDINIS GRATIAE. Cap. LIIII.

POrro in hoc omnis sanctitas/ beatitudoq; cõsistit: vt ꝑ similitudinẽ / & gratię mediũ in essentialis vnitatis suę requiẽ spũs inducatur. quoniã gratia est: quã pertrãsire necesse habet/ quicũq; ꝑuenire debuerit ĩ nudã ac simplicẽ suę essentię vnitatẽ/ cui deus cũ oibus diuitijs suis se infundit. Qua de re nimirum ob carentiã illuminãtis gratiæ/ & ad fruitionis vnitatẽ manuducẽtis: oẽs peccatores/ dãnatiq; spũs ĩ tenebris esse dicũtur. verũtamẽ ipsa essentialis existentia spũs/ adeo nobilis est & essendi amatrix: vt ꝑ sui parte/ dãnati velle nequeãt ĩ nichilũ redigi. peccatũ vero ĩter potẽtias/ & essẽtiã quã deus ĩhabitat tantũ chaos tenebrarũ & dissimilitudinis interponit/ vt vniri nequeat suę essentię. quę sibi vtiq; patria esset & propriũ cubiculũ quietis: nisi per peccatũ in regione dissimilitudinis exularet. Nam qui absq; peccato viuit: similitudinem per gratiã possidet/ & deus sibi ꝓprius est. Patet itaq; sũma gratiæ necessitas: quæ & peccata lauat/ & viam parat/ & omnẽ vitã nostrã fœcundat. Hanc ob

causam/ CHRISTVS quibusdã medijs/ id est p gratiã & dona multiplicia in nos venit: & nos ei virtutib9 et multimodis exercitijs mediantibus obuiamus. Et quo altiora dona cõtulerit: & subtilius nos/ pfũdiusq; impulerit: eo spiritus altiorib9/ delectabilioribusq; exercitationibus fœcũdatur/ quemadmodũ in priorib9 est ostensũ. sed & hæc crebris renouatiõibus iterant. nã & deus spiritũ semp visitat nouis donis: & spiritus iuxta diuinę visitatiõis modũ & exigentiã/ introrsum semper conuertitur/ & in occursum sponsi semp sublimius renouatur. Quo nimirũ agitur: vti spiritualib9 exercitijs semp pspere procedat/ & affectiua vita cõtinuo proficiat incremẽto. Hæc vero actualis obuiatio mediata est: vtpote dei donis/ nostrisq; virtutibus cũ operatiõe spiritus mediãtibus. verũ mediãtia necessaria sunt. quoniam absq; dei gratię infusione/ & nostra per charitatem libera conuersione: nulla vnq̃ saluata est creatura.

¶DE CONTINVA VISITATIONE CHRISTI. Cap. LV.

BEniuolis vero suę bonitatis oc̃lis CHRISTVS mansionẽ/ requiẽq; quam apud nos & in nobis suæ crebrę visitatiõis aduẽtu fecit/ vnitatẽ scilicet & silitudinẽ ab alto prospectans: ipsam vnitatẽ mirę suę æternæ generationis aduentu/ & opulenta suæ claritatis influẽtia sine intermissione frequentare dignatur. volens itaq; apud spiritus diligentes se/ cõtinuã facere mãsionẽ: scd̃m silitudinẽ nichilominus donis eximijs nõ desinit visitare/ quo ĩ virtutib9 similiores/ pręclarioresq; reddamur. vnde nos in essentiali spiritus nostri vnitate/ habitualiter vult morari; secũq;

ſup̃ oē creatū opus/ſupraq́ʒ virtutes illicebroſis diui-
tijs abūdare/& nichilominus eandē vnitatē virtutum
operibus & donis cœleſtibus locupletes actualiter in-
habitare. Sed & hoc ſua viſitatione ſūmopere req̃rit a
nobis: vt ī ſinglis op̃ibus noſtris ipſam vnitatē/ſimili-
tudinēq́ʒ iugiter viſitemus/quoniā momentis ſingulis
naſcit̄ CHRISTVS in nobis. & ex ipſa ſublimi ge-
neratiōe ſpiritus ſanctus cū oībus ſuis donis effluitat.
Debemus ergo donorū influētię virtutū occurrere ſi-
militudine/ & diuinæ generationi in vnitate eſſentiæ
obuiare.

¶ De cōtinuo profectu ſpiritus noſtri. Cap.LVI.



Vomodo autē debeamus in ſingulis actionibus noſtris CHRISTO ſpi-ritualiter occurrere/ in maiorēq́ʒ ſimi-litudinē p̃ficere/& frutionis vnitatem nobilius poſſidere: ſi charitatē veſtrā delectat paululū aduertatis. quoduis eni quātūlibet exiguū opus/charitatis/ſimpliciſq́ʒ in-tētiōis manib⁹/ī deū relatū:maiorē ſimilitudinē & vi-tā promeret̄ æternā. Simplex quippe intētio potētias animę diſp̃ſas in vnitatē ſpiritus colligit/deo ſpiritum amoris vnione cōiungēs. ſimplex intentio cūctarū ini-tiū & finis eſt/decorq́ʒ virtutū: deo eas in ſacrificiū lau-dis & g̃rarū offerēs actionis/ſuiq́ʒ acumīe ſeipſā/ cęlo-rūq́ʒ corp̃a & oīa creata celeri volatu pertrāſiēs/ ī vni-formi ſui ipſius abyſſo deū nouit fœliciter īuenire. Il-la autē intentio ſimplex eſt:quæ niſi in ordīe ad deū/ nichil complectitur extra deum / ob hoc nimirum ſi-mulationē/cordiſq́ʒ duplicitatem expellens. Ipſa ve-ro eſt homini in oībus ſuis actibus ſuper omnia con-ſeruanda ; & ſummopere exercenda. Nam diuino eū

ſemper ſiſtit conſpectui.continuum lumen tribuit intel lectui: ac virtutes peruigili diligētia ſolicitat/ & ab omni ſeruili/ extraneoq; timore & nunc & in extremo iudicio abſoluit & liberat. Ipſa eſt ſimplex ocul⁹: de quo in euangelio CHRISTVS loquitur.qui totū corp⁹ id eſt totā congeriem operum/ omnēq; vitā hominis lucidam reddit & puram a maculis peccatorum. Ipſa eſt interna ſpiritus armatura: fidem/ ſpem & charitatē in ſe complectens. quoniam in deo ipſa confidens: fidem illi firmam/ integramq; rependit. ipſa naturam peſſundās: terram corporis pacifice tribuit poſſidere. ipſa murmur omne ſpiritus proſ⁹ expellit: virtuteſq; interna viuacitate vegetans pacē confert/ & ſpē tribuit/ in pręſenti agens profecto/ vt in die iudicij fiduciam habeamus. moremur itaq; in vnitate ſpiritus per gratiæ ſimilitudinem: deoq; virtutibus mediantibus cōtinuis vicibus obuiantes/ omnem illi vitam et vniuerſa opera noſtra ſimplici intentione offeramus. & ſic in ſingulis operibus per horarum momēta ſimiliores efficiemur. deniq; in abyſſo ſimplicis intentionis nos ipſos trāſiemus: deoq; immediatius obuiantes/ cū eo in ipſa ſimplicitatis abyſſo/ ſiue in ipſo ſimplicitatis pelago requieſcemus/ hereditatem nobis ab ęterno paratam fœliciter poſſidētes. Omniū ſiquidem ſpirituum vita & operatio ſtudioſa in ſimilitudine (intentione ſimplici mediante) conſiſtit. & excellentior eorum requies: in ipſa ſimplicitate omnem ſimilitudinem excedente conſtat. vnuſquiſq; tamen ſpiritus alium in virtutibus ſimilitudineq; præcellit propriam eſſentiam ſecundū propriā nobilitatē poſſidēs in ſeipſo. Deus vero ſingulis modo quodam prouidet ſingulari: et econtra/ vnuſquiſq; in ſui ſpiritus intimo/ deum iuxta charitatis ſuæ menſu-

ram exquirit/tam in hoc sęculo/q̃ in sęculo sęculorum.

❡De ordine tam actiuę q̃ spũalis vitę secũdum dona spiritus sancti & primo secundum dona timoris pietatis et scientiæ. Cap. LVII.


Onsyderemus proide omniũ virtutum/ omnisq; sanctitatis ordinem graduum/ quomodo scilicet deo per gratiæ similitudinem occurrere debeam⁹: vt cum eo in vnitate quiescere valeamus. Conuersus quispiam ad salutis tramitẽ a peccatis: si in timore dei victitãs/ moralibus virtutib⁹ forinsecisq; exercitationib⁹ excolit vitã suã/ necnõ dominicis ecclesiasticisq; mãdatis obediẽs ad õne bonũ simplici se intentione beniuolũ exhibet/ & paratũ iã p fidẽ & p diuię suęq; volũtatis ĩ agẽdo/vitãdo vecordiã/ deo similis effect⁹ est/ supraq; similitudinẽ ĩ deo suauiter requiescit. Nã p fidẽ animi/simplicẽq; mẽtis ĩtẽtionẽ/secũdũ similitudinis suę modũ magis/ minusue diuinã quisq; perficit voluntatẽ: & p amorẽ in dilecto suo supra similitudinẽ requiescit. Si autẽ se in accepto dono exercuerit: acceptãter mox deus illi pietatis & largitudinis spiritũ elargit̃. quo fact⁹ larg⁹/ mitis simul atq; benignus q̃ primo similis magis & viuacior extat. sentitq; se in deo firmius q̃ prius fecerat quiescẽtẽ: latiorẽq; in virtutibus & profundiorẽ. ipsaq; similitudo & requies dulcius sibi sapiũt: quo similior est effectus. Si vero hoc in gradu summa se diligẽtia/ simpliciq; intẽtione exercitauerit/ & aduersus harum virtutum contraria/fortiter conflixerit reluctatu: iam tertium id est scientiæ/ discretionisq; donum accipere promeretur. quo fit discretus & lucid⁹: ratione noscẽs quid facere/ vel quid vitare licebit. ac vbi suscipere vel vbi dare queq; decebit: p

simplicē quoq; itētionē/ diuinūq; amorē/ in deo supra seipsū in vnitate spūs requiescit/ seq; ipsum in maiori similitudine q̄ pri⁹ possidet/ & grādiori cūcta sua opera delectatione exercet. nā p donū timoris: obediēs est patri. per donū sciētię/ ratione lucidus & discret⁹: filio. et p donū pietatis/ largus/ pi⁹/ atq; benign⁹/ spūi sancto/ gerens vtiq; p hæc similitudinē sanctissimę trinitatis. Sed & p amorē & suæ intentionis simplicitatē: in deo (vt dixim⁹) requiescit. Et in his actiua vita tota cōsistit. Sic itaq; ergo se quilibet sūma exerceat diligētia: et simplicē intentionē suā discretione comite subsequatur. Aduersus quoq; virtutum cōtraria: pugnaci custodia se p̄seruet/ CHRISTIq; ad pedes humilitatis subsellio semp incūbat/ & ita in virtutib⁹ ac similitudine pfectu cōtinuo adolescat. Si sic se rexerit: errare nō poterit. sed tamē p hæc: actiuę vitę limites nō excedet. Porro si occupato/ dissipatoq; corde pl⁹ intēderit operum frondib⁹ & morū floribus q̄ virtutū fructibus & omniū causę/ finiq; virtutū/ si quoq; se ad sacramētorū signa consuetudinesq; extrīsecas amplius q̄ ad causā et ad contentā in eis exercuerit veritatem: cunctis diebus vitæ suę sub actiuę vitę territorio exteriorib⁹ laborabit dedit⁹/ & p bona opera simplici intētione in deū relata/ misericordia eum diuina saluabit.

¶ DE GRADV fortitudinis. Cap. LVIII.



Anc ob causā deo appropinq̄re volēs & exercitiū/ vitāq; suā ad altiora cōuertere: necesse habet ab operib⁹ ad finē/ & a signis ad veritatē itrare. & sic factus suorū operū dn̄s & magister/ et itęrne cognitor veritatis/ spūalis vitę regionē lacte & melle manātem subitrās/ mox q̄rto id est fortitudis dono/ a deo nou⁹

incola initiatur. per quod passiones animæ superans et conculcans/ necnon & intermediantia ac dissipantia queq propulsans:liber factus ab vniuersis absoluitur creaturis.vnde a phantasmatum incursibus depuratus:sui compos redditur.& absq labore se in se recolligens diuini amoris ardore intus accenditur:et interna deuotione/superna affectione/laude/gratiarūq actione/& simplici intentione ad deū conuertitur.vniuersa quoq opera eius & vita omnis/ interior pariter et exterior: sapore sibi melleo cōdiuntur.quoniā throno asistens excellentissimę trinitatis: consolationis et dulcedinis mellitas sępius accipit stillas. Nam nimirū ad talem mensam laudis/ gratiarūq actionis/ & intimę reuerentię obsequijs administrās pſæpe suauium dapū/delibutiq pigmētis vini reliquijs pascit & potatur/quę de tanti mēsa principis decidūt & stillāt. Sed et propter intentionis suæ simplicitatem: intęrne pacis dulcedine iocūdatur. Si vero diuinę maiestatis conspectui laudis/gratiarūq actionis ac sub recte intētionis asistens obsequio stabilis fixusq permanserit: spiritum fortitudinis in se duplicem fieri promerebitur. quo nequaq̄ diuinis consolationibus/ aut suauitatib9 vlliue dei dono temulentus īmergat: nec proprij cordis paci/quietiq somnolentus inhęreat. quin potius expediat dona omnia & cōsolationes qualeslibet ascēsu celeri transire/ vt possit eum quem supra omnia diligit inuenire.Sic ergo simplici fortitudine validus est: qui cordis occupationes ac terręna quęlibet contēnendo deuincit.duplici vero robore fortis est: qui diuinas consolationes/ donaq cœlestia superando trāscendit. Per donum itaq fortitudinis creaturas omnes postergat:seseq possidet libere ac potenter.

¶DE GRADV diuini consilij. Cap.LIX.

NVlla igitur creatura/fortē virū vicere/impedireq; volente quominus in sua simplici intentione ad diuinam laudem subiectus cōstans persistat/& deū super omnia dona eius exquirat & intēdat: ad altiorem repente prouectus gradū/quinto scilicet consilij dono diuinitus muneratur. hoc namq; dono pater fidelem suum attrahit intrinsecus: & cum suis electis ad æternitatis suæ dexterā vocat. Filius in eo spiritualiter loquens sequere me inquit ad patrem meum. nam vnū est necessariū. Spiritus quoq; sanctus cor expandens amoris sui: in eo ignem accendit. vnde mox intrinsecus estuans/et vehementia ardoris impatiens generatur. nam qui huic consilio acquiescit: amoris impetu stimulatur/ nec ipsi quicq̄ valet p̄ter dominum sufficere. qua de re seipsū & omnia facile derelinquit: vt illū inueniat/in quo viuit & in quo omnia vnū sunt. Hoc in gradu deum simplicis intētionis oculo iugiter contēpletur: suiq; cordis impetum rationis freno coercens/ ac suæ volūtati renuncians desyderatæ vnitatis complexum liberaliter prȩstoletur. donec diuina beniuolentia vltro eam dignata fuerit exhibere: atq; ita spiritus consilij in eo duplex fiet. nam magnus nimirum est/& diuini consilij ordinē via regia sequitur: qui seipsum & omnia deserit/& ipatientis amoris estuanti vehemētia vocem exaltante proclamat/adueniat regnum tuum. Sed maior profecto est & diuino consilio melius obsecundat: qui voluntatem propriam amoris iualescētia superans cū grādi reuerentia ad deum loquitur patienter/ non mea domine non mea/

ſed tua in omnibus voluntas fiat. Tali concluſione CHRISTVS in agone ad patrem prolixius orās humili ſuipſius anullatione:orationē ſancti ſpūs conſilio terminauit/proferens vtiq; verbū ſuper omnia quę vnq̄ ꝑtulerat amabilius patri/delectabiliꝰ/ ac honeſtiꝰ ſibiipſi/ vtilius nobis/ ac diabolo odibilius vt pote ſuper omnia damnoſius.Nam ipſius ſecundum humanitatem voluntatis renunciatione:omnes reuera ſaluati ſaluantur. Sic vtiq; diuina voluntas fit ſummum gaudium humili amatori/& delectatio maxima ſecundum ſpiritus ſenſionem / etiam ſi per impoſſibile deſcenderet ad infernum. hoc quoq; gradu natura ſumme ſuꝑgreſſa eſt:& deus ſublimiſſime exaltatus/ aptuſq; eſt amator diuini conſilij omnia ſuſcipere dona dei,quoniam ſeipſum penitus abnegauit/& voluntatem propriam abdicauit.omnibus ſuis fideliter elargitis nil aliud vult aut poſtulat q̄ quod deus dare voluerit: cuius voluntas gaudium ſuum. qui vero amoris manibus ſe totum tranſfert in deum: hic omniū liberrimꝰ eſt/& abſq; omni ſolicitudine victitat/quoniam ſuorum quempiam amittere deus omnino non poteſt. Verum licet deus ſolus noſcat corda filiorū hominum : nonnulli tamen ab eo probantur / an vere renunciare ſciuerunt ſibiipſis.vt probati: diuinitus illuminari mereamur/& a deo honorentur/ſibi autem vtiliter viuere queant. qua de re quoſdam deus īterdum tranſlocat ad ſiniſtram/ a cœlo proijcit in infernum/a magna voluptate ad maximam redigit egeſtatem :vt videatur qui eiuſmodi eſt/ & deo & ab omnibus pariter creaturis derelictus penitus/& cōtēptꝰ. qui ergo prius dum proſperitatis aura dulci afflauit aſpiramine gaudij & amoris,ita ſeipſum propriamq;

voluntatem abnegauit/ vt nequaꝗ̃ quod suū erat sed gratissimam dei volūtatem quęreret: facile aduersitatis tēpore in pœnis & calamitatibus/ sibiipsi nō quod suum est/ sed dei honorem quęritans renunciabit. qui enim promptus est pro deo magna quęlibet operari: paratus est etiam & ardua tolerare. verūtamen aduersa pati cū propria volūtatis mortificatione pręcelsius est/ deoq; placidius & nostro spiritui delectabiliꝰ: q̃ cū eadē abdicatione voluntatis grandia operari/ quoniā nostrę magis est contrariū naturę. huius rei gratia spiritus noster prouectius sublimatur: & natura deiectiꝰ conculcatur in humili patientia aduersorum/ q̃ in delectabili affluentia operum/ etiam magnorum/ æquali vtrobiq; charitate regente.

¶ DE PRIMO gradu doni intellectus quo spiritus stabilitur in vnitate. Cap. LX.


I vero in hac renunciatione quasi nil aliud volens/ nosceusue perstiterit: habet profecto spiritum consilij in se duplicem vt pote dei voluntati/ cōsilioq; dupliciter satisfaciens/ & agēdo videlicet grandia & patiēdo ardua/ bonorum operum strēnua actione/ & suiipsius per subiectā obedientiam mortificatione. Natura quoq; altissimo decore ornata est: & ipse idoneus factus est secundū spiritum diuinitus illustrari. Ideoq; & mox sextum id est intellectus donum accipere promeretur. Hoc autem donū in prioribus fonti & riuulo assimilauimus. Nam & spiritum nostrum vniens stabilit in vnitate: manifestat veritatem & latam communi beniuolentia/ profluāq; parturit charitatē. Est nichilominus hoc donū simile radio solis: q̃ aerē quadā simplici

claritate perfundit/rerũq; formas explicans/cœlorum differentias manifestat/ & calorem viuificum generãs totum mundum pro communi vtilitate reddit fœcundum. hoc modo prima huius doni irradiatio quandã in spiritu simplicitatẽ generat: quę mox pręcipua quodam pfunditur claritate velut aer lumine solis. gratia nãq; dei quę est donorũ omniũ fundamẽtũ: intellectũ nostrum possibilẽ quasi lumen quoddã simplex p donum intellectus habitualiter inhabitat. quo quidẽ simplici lumĩe/spirit9 noster in semetipso stabiliter simplificatur & clarificatur/& dei gratia/donisq; diuinis repletur/fact9 vtiq; deo similis per gratiã & deificã charitatem. verũ q̃uis similis sit/& deũ simpliciter sup omnia dona diligat/ & intendat: nõ tamẽ similitudine & creata claritudine est contentus. quoniã in summum quoddã & infinitũ vnde emanauit bonũ: intima sibi procliuitate tã naturaliter q̃ spiritualiter iclinatur. Sic et diuinę essentię vnitas/ęterna attractione: omnẽ similitudinem ad sui pertrahit vnionem. & ob has causas in deum tanq̃ in suã perẽnem requiẽ: tã actuali/q̃ habituali imersione se profundat. gratia enĩ ad deum se habet vt radi9 ad solẽ: eaq; velut semita recta ducimur in diuina. & ideo simpliciter ĩ nos radiãs efficit deformes. cõforme autẽ suũ cõforme emulãs: in deũ momẽtis singulis se profundat/vnũq; deo effectũ/ipsam sẽp inhabitat vnitatem. Hoc quippe est summum & singulare negocium charitatis, conformitatem tamen gratiæ vel glorię ęternaliter retinemus, vbi scilicet nosmet ipsos in virtutum & charitatis exercitijs & operationibus practici possidemus: nichilominus in vnitate cum deo in diuino lumine super omnẽ operationem nostram/ in nostro spiritu purã simplicitatẽ seruam9

vbi super omnes virtutes deum perpetua quiete possi demus.oportet nāq; charitatem pro similitudinis offi cio perenniter operari: vt cum deo per vnitatem pro fruitiuę dilectionis ocio ęternaliter quiescamus.hoc siquidem biforme charitatis negocium est: in vna scilicet temporis horula actualiter diligere/ & habitualiter in dilecto quiescere.quę duo nimirū ab alterutro cōfortantur.Nam quo dilectio sublimior:eo requies maior.& quo requies profundior:eo dilectio intentior/vt pote vitam inuicem & valitudinē possidentes. vnde q̄ non diligit non quiescit:& econtra.Apparet autē quibusdam non mediocri sanctitate prędítis: se/ nec deū diligere/ nec i eū quiescere . Sed huius apparentię causa amor est.nam intentius amare desyderant q̄ a proprijs viribus permittant:et idcirco in amando deficiētes se clamitant non amare. verū in hac ipsa deficientia & amorē pariter sentiunt & quietē. nā nemo adeo intelligere valet quo modo cōmomētanea sunt actualiter diligere& fruitiue/habitualiterue quiescere q̄ is nimirū qui humili cordis mititate mansuescit/ tranquilla mentis serenitate silescit/& intelligētię claritate splēdescit. Amator tamē quilibet vnū cum deo est in quiete:& deo similis in amoris operatione.nam & deus in excellētissima sua natura cuius nos gerimus similitudinem:secundū essentię vnitatem/ęterna fruitione quiescit/& secundum personarum trinitatem/ęterna operatione vsq; modo operatur / quorum alterum alterius perfectio est.Quies namq; in vnitate & operatio in trinitate consistit:quod vtrumq; pariter permanet inęternum.Itaq; gustare desyderans q̄ suauis est dominus:amet. nam si amauerit: proculdubio gustabit. Sin vero rebus contentus extraneis/ anima eius ne-

quaq̄ aliunde consolari renuerit: quid deus sit gusta-re nõ poterit/ nec diuina dulcedine delectari. Necesse est ergo vt possideamus nosmetipsos per similitudinẽ gratiæ & virtutum/in simplicitate cordis: & deum su pra omnes nos per amorẽ in requie vnitatis. Hic pri-mus gradus doni intellectus: quo spiritus noster stabi litur in vnitate.

¶DE SECVNDO GRADV DONI INTEL LECTVS QVO SPIRITVS INTELLE-CTVALITER ILLVMINATVR. Cap. LXI.




Ere solis radijs illustrato: manifestatur formositas vniuersi. & illũinatis homo oculis: multiformibus colorum differen-tijs iocundatur. Simili modo dum in no bismetipsis simplices sumus/ & intellect⁹ noster possibilis dono intellect⁹ illuminatur: iam intel ligere possumus & propria & appropriata altissimę trinitatis/ q̄ totius diuinę operationis causa sũt & ori-go. quanq̄ enim omnes hoies diuinos effectus intelli-gant/ & multi naturali lumine splẽdidi i dei cognitio-nem per effectus vtcũq; ducãtur: proprietates tamẽ & attributa diuina/ q̄ effectuũ causa sunt/ secundum suæ naturę modũ nemo sapide/ proprieq; nisi per donum intelligit intellect⁹. iuxta enim ęternę veritatis legẽ vi-tam absq; errore erudit gubernare/ ipsam nãq; ad no-strã nobilitatẽ nos edocet speculari: in virtutibus/ ea-rũq; exercitijs discretionis nobis regulã tribuẽs. nã & quẽ illuminat: potest nimirũ in spiritu conuersari & il-luminate rationis oculo cœlestia pariter & terrestria recte perpendere/ & intelligere luculenter. mente itaq;

in cœlo conuersans dilecti sui nobilitatem/dignitatē〈q〉 cum suis sanctis omnibus contemplatur. incomprehensibilem ipsius miratur sublimitatem / inuestigabilem profunditatem / immensam longitudinem & latitudinem / infinitam/ imperscrutabilē sapientiam et veritatem/ineffabilem bonitatem/ largitatem / & cætera huiusmodi innumera attributa. quę licet secundum nostrę mentis conceptus diuersis plurificentur nominibus: omnia tamen in deo vnum sunt/simplicissima scilicet diuinitatis natura. Dehinc mens nostra claros rationis oculos in seipsam & in omnes creaturas reflectens: animaduertit eas ex diuinę bonitatis largitate liberaliter esse creatas/multiformibus〈q〉 proprietatibus & accidentibus naturaliter decoratas / diuinę〈q〉 charitatis pietate liberalius recreatas/& salutem desyderare/quęritare〈q〉 volentes ab eo gratiarum donis supernaturaliter ditandas pariter & ornandas/ ac bonitatis eius fruitione liberalissime & gloriosissime beatificādas. huiuscemodi rationis speculatio diuitiarum dei multiformia beneficia perpendens spiritum nostrum amiratione letificat gaudiosa: si tamen per amorem deificum in dei amore mortui fuerimus habitualiter & sepulti/ & nichilominus in spiritu actualiter viuentes & conuersantes/quę sursum sunt perēnia sapiamus. Hoc quo〈q〉 donum eam nobis vnitatem ostēdit: quam in deo p profundatum fruitiuum amorem habitualiter possidemus / eam〈q〉 dei similitudinem quam in nobis per gratiam & charitatem cæteras〈q〉 virtutes actualiter habemus. infundit quo〈q〉 hoc donū mētibus nostris intellectualis luminis claritatē: quo lumine inoffenso pede i spiritu ambulantes/ deum possim⁹ in spiritualibus similitudinib⁹ speculari/

et nosipsos creaturasq̃ cæteras secundum modum luminis illustrantis/ secundũ dignationem diuinę volũtatis inspirantis/ & secundum nobilitatem intellectus nostri speculantis/ cognoscere valeamus. Hic est secundus gradus doni intellectus: quo spiritus noster intellectualiter illustratur.

¶ DE TERTIO gradu doni intellectus quo volũtas communi charitate inflammatur. Cap. LXII.




Ecundũ autē quantitatē solaris lumis quo aer clar⁹ est: magis vel min⁹ calor quoq̃ ĩ eo maior vel mĩor generat̃/ secundũ quē cõis fructuositas mēsurat̃. Si igitur ratio/ intellectusq̃ noster ad discretã diuĩę veritatis cognitionē hoc modo diuinitus illustrat̃: mox etiam amatiua virt⁹ id est voluntas/ largifluę charitatis affluentia/ cõmuniq̃ beniuolētia inferuescit. hoc nãq̃ donum per cognitionem veritatis quã in eius lumine consequimur: communem in nobis generat charitatem. quoniam interna simplicitate ditiores: mãsuetiores vtiq̃ sunt/ & corde pacatiores/ in diuinitatis pelago profundiores/ intellectu clariores/ bonis operibus abũdantiores/ & affluenti charitate communiores. paucioribus quoq̃ intercipiuntur impedimentis: quoniam deo simillimi sunt. cuius simplicitas est in essentia/ claritas in intelligentia/ & afflūetissima/ cõmunissimaq̃ charitas in suę operationis influētia. Ex quo in his tribus deo sumus similiores eius rei causa bonum nobis est hunc triplicem diuinę similitudinis irrũpibilem funiculum contorquere/ vt videlicet mentis simplicitatem summa custodia conseruemus/ luminosa ratione cuncta consyderemus/ & communi charitate omnia perfunda-

mus. quemadmodum sol iste visibilis in seipso sim-plex permanens et immutatus: toti mundo claritatis suæ radios cõmunicat & calorem. Aduertat ergo cha ritas vestra quomodo debeam⁹/ dum lucem rationis habemus: in communis charitatis negocio ambulare. Pater enim in diuinis toti⁹ diuinitatis principium est secundum essentiam & personas: & ideo in conspectu paternę maiestatis humili nos reuerentia secundũ spi ritum inclinemus. & ita humilitatẽ possidebimus: quę est virtutum omniũ solidissimũ fundamentũ. Pater/nam quoq; potentiam omni deuotione/omni honore omniq; veneratione spirit⁹ adoremus: et ita spiritua-liter exaltabimur. quoniam suæ potentię manu omnia creat ex nichilo: & ne in nichilum decidãt/vniuersa cõ seruat. Diuinę fidelitati et ãplissimę charitati laudis/ gratiarũq; actionis sacrificium iugiter imolemus: quę nos & a diaboli vinculis & ab ęternę mortis periculis misericorditer liberauit/ & ita vere liberi erim⁹. Aeter-nę sapientię: humanę naturę cęcitatem & ignorantiã querulis vocibus proponamus: desyderando cordicit⁹ omnem hominẽ diuinitus illuminari & agnitionẽ cõ-sequi veritatis. & sic deus ab eis cognoscetur & hono-rabitur. Diuinam etiam misericordiam pro peccatori-bus / vt a vicijs conuertantur & in virtutibus profici-scantur: deuotione intima exoremus/et ita deus ab ip-sis affectuosius diligetur. Omnibus indigẽtibus/ex di uinę bonitatis thesauro largiter tribuamus: vt diuinis repleantur muneribus/ & in diuinã refluant bonitatẽ/ et ita deus in omnibus possidebitur. Offeramus etiam patri i laudis ac venerationis hostiã/vniuersa CHRI STI acta/quęcunq; in sua gessit humanitate ex impe-rio charitatis: & ita omnis nostra exaudietur oratio.

Offeramus quoqȝ patri in CHRISTO IHESV phialas aureas plenas odoramẽtorum: quę sunt orationes angelorum/ & omnium ĩ patria beatorum subiectas in deũ deuotiũculas cunctorũ in terra degentiũ electorũ/ & ideo in vnã laudis flammã omnibus vniemur. Offeramus deniqȝ in CHRISTI nomine deo patri vniuersum rationabile/ acceptabileqȝ obsequium sanctę matris ecclesię/ sacrificia sublimia sacerdotũ et quęcunqȝ intellectus nostri facultati suppetũt & affectus. quatinus & deo per CHRISTVM dei filium obuiemus/ eiqȝ cõmunis charitatis similitudine cõformemur/ & mentis simplicitate omnem similitudinem transcendẽtes cũ eo in essentiali vnitate spiritus vniamur. debem⁹ enim semp cum deo in vnitate manere/ semp cũ deo & sanctis omnib⁹ cõmuni charitate effluere/ sempqȝ laudis & grãrũ actionis ꝓfluuio in id idẽ reuerti/ & semp penetratiui amoris põdere ĩ habitualem fruitionis requiem immergi. Hæc est opulentior vita quam teste conscientia nouim⁹: & per eã/ intellectus donum plenarie possidemus.

¶DE GRADV doni sapientiæ. Cap. LXIII.



Aeterum ĩ refluxu ipsa fruitiõis vnitas se habet vt caligo quędam modi nescia/ quędamqȝ incõpręhẽsibilis ĩmensitas/ ac per amorẽ & simplicem intẽtionem spiritus accedit actualiter offerẽdo oẽs virtutes/ habitualiterqȝ ac fruitiue seipsum supra omnes virtutes. inter has autem amatorias oblationes: septimum id est sapientiæ donum exoritur/ simplicitatem spiritus/ corpus & animam sa-

pientia/ ſpiritualiq; ſapore perfundēs. Eſt autem hoc donum diuinus quidam tactus in noſtri ſpiritus vnitate: gratiarum/ donorumq; et virtutum omnium fontana & originaria ſcaturigo. in quo quidem vnicuiq; ſuum exercitum ſapit in vita: ſecundum ipſius tactus virtutem / proprijq; amoris menſuram. Et eſt hic diuinus tactus: nouiſſimum medium inter nos et deum / inter actionem & quietem / inter modum & modi priuationem / inter tempus et ęternitatem. hūc autem ſpiritualem tactum deus in nobis ante omnia dona primordialiter operatur: nouiſſime tamen in nobis / in propria ſui natura cognoſcitur & ſentitur. Nam poſtq̄ deum in cunctis exercitationibus noſtris vſq; ad intima ſpiritus noſtri amoris ſcrutinio quęritamus: tunc donum gratiæ / omniumq; donorum cœleſtium ſentimus illapſum. Sentimus autem ipſum in ſupremarum virium noſtrarum vnitate ſupra rationem / non tamen pręter rationem: quoniam percipimus nos tangi. Si vero ſcire conamur quid ſit / vel vnde veniat: in ipſo noſtro conatu ratio et omnis creata conſyderatio refellitur et deficit. Nam etſi aer ſolis claritate refulgeat / & oculi ſubtili / ſanaq; acie polleant: quiſquis tamen vellet obiectis ſolis radijs rotam defixo ſpeculari contuitu / reuerberata nimirum acie oculi / ſuo fruſtrati conatu coligarent / & radiorum influentiam paſſiue tantum ſuſcipere cogerentur. iuxta hanc ſimilitudinem: incompręhenſibilis luminis irradiatio tota ſe offert magnitudine / in ſupremarum virium vnitate. vt omnis creata operatio diſcretiua conſyderatione operans labefieri & ceſſare / praxiſq; noſtra diuinam operationem pati / ſolum modo com-

pellatur. hoc tamen omnium est origo donorum. nã si deũ nostro captu cõphendere valeremus: seipsum nobis nullo medio intercidente donaret/ quod nunc vtiq͞ propter nostræ capacitatis angustiam impossibile est. & ideo nobis capabilia dona sua: secundum captus nostri mensuram/ nostrorũq͞ exercitiorum nobilitatem infundit. fœcũda nãq͞ diuinitatis vnitas viriũ nostarũ desuper iminens vnitati: similitudinem charitatis exigit et virtutum. Et ob hoc momentis singulis tangimur nouo tactu: vt nos quoq͞ maiori semper similitudine innouemur. & in ipsius tactus innouatione: spiritus in esuriem incidit & in sitim/ volens supereminentem diuinitatis abyssum gustu auido per amoris impetum penetrare. vt quem sustinet: appetitus famelicus saturetur. Ex quo tãdẽ auidũ ĩsatiabileq͞ desyderiũ generat̃: incapabile bonũ capere/ et sũmũ & immensũ metiri sũmis viribus sed frustra laborans. nã omnis deum amãs spũs: quisq͞ secundũ suæ nobilitatis modũ necnõ secũdũ diuinę charitatis tactũ/ famelico desyderio fertur in deũ. Et tamen deus secundũ practicũ desyderiũ nostrũ: incõpręhẽsus manet ęternaliter/ et ĩmẽsus. cui⁹ rei gratia/ ęterna ĩ nobis manet esuries: & cũ sanctis oib⁹ inhiatio desyderij sẽpiterni. obuiãte autẽ nostro conatu diuinę abyssus imensitati: tam magna/ tamq͞ immẽsa in ipso occursu claritas feruensq͞ intentio generatur/ vt spiritus a sua operatione retusus feriari cogatur/ & in sui vnitate sensibilis amoris intentio liquefieri/ ac paulominus annullari: ad diuinam operationem/ quasi pura creatura passiue solum se habens. Hoc gradu: gratia dei/ nostręq͞ virtutes factæ sunt amor sensibilis/ proprium subiectum afficiens/ sed circa obiectum deficiens: quoniã spiritus

noster extremo quodam modo defessus anhelitu/ ab omni opere destitutus est/ & amor effectus. simplex quoq; est & aptū receptaculū omnium donorum: et ad omnes habilis virtutes. In hoc autem sensibili amore viuit vena scaturiēs: irradiatio scilicet vel reactio dei. que ociari minime nos sinēs: excitat & focillat introrsum trahēs/ & nouis virtutum actibus effluere faciēs. His vobis ostēsa sit origo omniū/ modusq; virtutum.

¶ DE SVMMO gradu obuiationis Cap. LXIIII.



T autem in fine hui9 libri summum obuiationis struamus gradum/ & quasi angulari lapide spiritualem/ contēplatiuāq; vitam quodā modo copulemus: charitas vestra parumper aduertat. Immēsa dei illuminatio/ incōprehensibili nos irradians claritate/ origo quidē existens donorum omnium et virtutum: hęc ipsa incomprehensibilis charitas circunfulget/ perfunditq; fruitiuā nostri spiritus inclinationē incomprehensibili lumine/ in quo se spiritus fruitiua quiete profundat. ipsa namq; quies modum nescit/ finemq; nō habet: nec nisi se ipsa id est quiete cognoscitur. Si enim cognosci/ capiq; valeret: iam modum acciperet & mensuram/ nec nostram sufficiēter restringeret esuriem/ sed quies ipsa in perpetuam nobis inquietudinem verteretur. Ob hoc ergo simplex profundati amoris inclinatio: spiritus nostri fruitiuum in nobis causat amorem. fruitiuus amor cum fine careat: abyssus quędam est. Abyssus vero dei: inuocat abyssum id est omnes/ dei spiritui fruitiui amoris cōplexu vnitos. Est autem hęc inuocatio: cuiusdam habitualis claritudinis superfusio. quę immensi amoris brachijs nos amplexans/ suæ infinitatis agit obuolucro: vt in vastā

deitatis caliginem defluentes/ nosipsos quodam modo amittamus. Sic vtiq; spiritui dei immediate vniti/ deo per seipsum possumus obuiare/ & cum ipso/ & in ipso imanenter/ nostrã ęternã beatitudinẽ possidere.

ℭDe primo mõ hui⁹ summę obuiatiõis. Cap. LXV.



Ic autem summus spiritualis obuiatiõis gradus: tripliciter exercetur. Interdum enim vir spiritualis fruitiuę inclinationis pondere supra praxim/ omnesq; virtutes in diuinis simpliciter se profundat: simplici fruitiui amoris contuitu in anteriora prospectãs. & in quodam prospectu deo immediate obuiat: ipsumq;/ ex diuina vnitate lumen quoddam irradiat sub triplici similitudine se ostẽdẽs. offert enim se vt caligo quędam/ vt serenitas quędam/ vt (sic dicam⁹) veluti quoddam nichilũ. caliginis imensitate penitus obũbratur: omniq; modo quasi vacabũdus priuat̃. Serenitatis informitate: omnẽ cõsyderationẽ differẽtiamq; rerũ amittit/ circũfusus/ ꝑfususq; simplici claritate. Ipsius vero nichili inanitate: ab omni opere sabbatizare compellitur. Nam diuini amoris operatione ipse vincitur: & penetrabili acumine fruitiuæ inclinationis sui spiritus/ deum econtrario ipse vincẽs vnus cum eo spiritus efficitur. Per hanc autẽ vnitionẽ gustum nãcíscitur fruitiuũ/ essentiam possidens deitatis/ secundũq; ipsius essentialem profundationem immẽsis dei delicijs diuitijsq; repletur. Ex hac vero repletione cõplexus quidã: & affectiui amoris in suꝑmarũ viriũ vnitatẽ effluitat plenitudo. Ex qua rursum plenitudine: ĩpetus fluminis delectabilis penetratiuiq; saporis descẽdit/ ciuitatẽ cordis/ sẽsitiuarũq; viriũ suburbana letificans: tabernaculũ quoq; suũ/ spiritualẽ scilicet


virum/ altissimus sanctificās: intrinsecus eū immobilē reddit & stupidū/suipsi⁹/opationisq̧ sue dn̄io/ virib⁹ eū destituendo priuās/in tantū vt itimis suis in aīa pariter & corpore nil aliud sciat aut sentiat:nisi singularē quandā claritudinē/cū sensibili dulcore penetrabilíq̧ sapore. Hic ergo est prim⁹ modus sūme spūalis obuiationis: solēnis scilicet & intim⁹ sabbatismus spūs. Nā spiritualē virū supra praxim & omnes virtutes / subleuans: facit eū ab oībus feriari. deoq̧ viuificās: summi exercitij spūalis/ stabile cōstruit firmamētū. Impedit̄ autē hic modus:quoties vir spūalis/quauis occupatione/seu quolibet virtutū exercitio intermediante intrinsecus intercipitur/ aut formatur.qm̄ hic modus est(vt diximus) intimus animi sabbatismus/ omnia supergrediens & postergans.

¶De secūdo modo summe obuiatiōis. Cap.LXVI

NOnnunq̄ autē spūalis vir affectuose/ practiceq̧ cōuertit̄ ad diuīa:q̄tin⁹ scilicet deo reuerentiā exhibeat & honorē/seq̧ ipm̄ et oīa sua in sacrificiū charitatis offerēdo amoris igne adoleat & cōsumat/deo vtiq̧ quodā intermediāte obuiā sic occurrens. hoc vero itermediās: donū est sapiētie/ fons oīm origoq̧ virtutū/& spūales viros secundum sui amoris mensurā i virtutū act⁹ dirigēs & ipellēs:tāta nōnunq̄ deuotū animū vehemētia tāgēs/ flammaq̧ succēdens amoris/vt vniuersa dona/oīaq̧ diuia dabilia p̄ter deū modica sintilli / eumq̧ minime contentantia. vtpote pre dilecti amore minime sufficientia: suam impatientiam non mitigent/ sed augmentent. Sentit enim in intimo sui spiritus penetrabili: occultum/ silensq̧ diuini actus susurrum/ quod virtutū omnium finis est

et initium. In quo velut in altari: spiritus/ deo sacrificia virtutū/syncęre affectionis manib⁹ imolat. quodq; velut altaris ignis: amor vitaliter inhabitat. hinc ergo in tantum esuries/ sitisq; increscit amoris: vt per excessum sui/sese iugiter immolando in sua opera omnino deficiat/ & extremo defessus spiritu/ amoris resolutus ab igne/ quodam modo anulletur. Esurit enim & sitit deum plena sacietate degustare: quem capere nullo valet conamine. sed in singulis dei irradiationibus: ipse a deo cōpręhenditur/ & amoris tactu recenti tāgitur. viuendo quidem moritur: & moriēdo iterum reuiuiscit. atq; hoc modo affectuosa esuries/ sitisq; amoris: in eo iugiter renouatur. Hic est ergo secūdus mod⁹ summę obuiationis/intimę affectionis negocio debitus: in quo amator gratiæ similitudinem tenēs/ summo desyderio affectat deo vniri. Modus autē iste nobis vtilior est iam pręmisso & laudabilior: quoniam iste causa illius est. nemo nāq; supra praxim/ quietem consequit̄: nisi prius affectuosum ac practicum exercuerit amorem. Hāc ob causam necesse est gratiam dei/nostrū q; practicum amorem pręcedere ac subsequi: hoc est pri⁹ ac posterius exerceri. nam absq; amoris operatione/ mereri non possumus: nec deum aliquando adipisci/ nec idipsum saluare quod antea fuimus per amoris opera cōsecuti. Huius rei causa: nemo sui cōpos/ somnolentię torpescat ocio/ nemo amoris insistere detrectet negocio. Impeditur autem & hic modus: quoties viri spiritualis cuiuis dei dono isederit/ aut cuilibet innixus fuerit creaturę. nam hic modus (vt diximus) esuries quędam est: quā pręter deū nichil sufficit satiare.


❡DE TERTIO SVMMAE OBVIATIONIS MODO. Cap. LXVII.


X duobus his modis/tertius oritur: qui est vita spiritualis/norma iustitię regulata. deus enim per medium & imediate iugiter in nos veniẽs: fruitionẽ exigit & operationem vtrũq simul/& neutrũ ab alterutro impeditũ/qui potius alterum ab alterutro confortatũ. In his ergo duobus/ id est in operatione & requie: vir spiritualis possidet vitã suã/ vtrobiq totus & indiuisus. nam totus in deo est: vbi fruitiue quiescit. tot9 in seipso: vbi practice diligit. Exigitur autem p horarũ momẽta vtrũq quietem scilicet/ et opus innouare. Et iustitia spiritus intimi exactoris vocem exaudiens: quod petitur iugiter vult implere. Quare in singulis dei irradiationib9: spiritus in diuina practice/ fruitiueq cõuertitur. p quod et in cunctis virtutibus innouatr: & in fruitionis quietẽ profundius absorbetur. Vnde deus vnico munere seipsum & dona sua largitur: & spũs in singulis suis in diuina cõuersionibus semetipsum & oia sua opera relargitur. Per simplicẽ nãq irradiationem dei & per fruitiuam inclinationem/ immersionẽq amoris / deo spiritus noster est vnitus: ac sine vicissitudinis interpollatione in regij cubiculi requiẽ introducitur. Per dona vero intellectus et sapientię/spiritus practice tãgitur: ad amoris negocium illustratur & iugiter accenditur. & quicquid desyderari potest: ei spiritualiter demonstratr/velutq eius cursus brauium mentalibus oculis obuersatur. Auide igitur esurit & sitit: quoniã angelorum videt escam potumq celestẽ. i amoris negocio fortiter elaborat: quoniam suam requiem cõtẽplatur. peregrinus est: & suã eminus patriã cõspicatur. amoris pugil/victoriã virib9 nititr obtinere: qm coronã victori debitã intuetr. porro

consolatio/gaudium/pax/pulchritudo/diuitiæ et infinita talia letificantia cor humanum: luminosę rationis oculis in deo sub spiritualibus similitudinibus ostēduntur. vnde propter huiusmodi ostēsionē, et propter dei tactum: amor operationē nō deserit. quoniā vir iustus: vitam veram fruitiuā scilicet & actiuā/ pariter in spiritu stabiliuit. quę quidē in ęternū manebit. sed post hanc vitam: in statū mutabitur altiorem. Sic ergo vir spiritualis/iustus est: esuriens/sitiensq; iustitiam. Nam et amore intimo/ad deū per internā operationē accedit: & fruitiua inclinatione in deū se ęternam requiem possidēdo profundat. Cæterum in deo iugiter manet et tamen communi charitate in virtutib9 & in iustitia ad vniuersas egreditur creaturas. Hic est ergo totius spiritualis vitæ summ9 gradus. Quicūq; vero operationem & requiem in vnico nequaq̄ possident exercitio: hanc iustitiam minime sunt adepti. vir autē iustus in sua ad deum cōuersione: impediri non potest. quoniam tā fruitiue q̄ practice: libere cōuertitur ī diuina. Porro homo similis est speculo bifaciato in vtrāq; faciem obiectorū imagines suscipiēti. Secundū superiorem quidem faciē: deum suscipit cum omnibus donis suis. Secundum vero inferiorem faciem: suscipit sensibilium imagines p fenestras sensuum introductas. potest ergo dum vult/ ad interiora se cōuertere: & absq; impedimento/hanc iustitiam exercere. verū homo dū in hac vita mortali degit: mutabilis est. & idcirco frequenter ad exteriora/absq; necessitate/luminosęq; rationis imperio sensuum intendens negociis conuertitur: & hinc maculas contrahit venalium peccatorum. Sed reuera vniuersa venalia: in amatoria viri iusti ad deum conuersione/sic penitus assumuntur/quēadmo-

dum in camino ignis aquæ guttula abſorbetur.

¶ DE ORIGINE ſectę ſpiritualium ocioſorū primo modo contrarie viuentium. Cap. LXVIII.



SVbit nunc animum refellere ſeu poti⁹ plangere quoſdā/mirę ſanctitatis ſpecimē prętendentes / & pręſcriptorum morum omniumq́ꝫ virtutum ſano negocio: vitæ ſuę vano ocio aduerſantes. nunc ergo ſuper hac re conſyderet et examinet quilibet ſemetipſum. quicunq́ꝫ enim hominum non eſt illuminatus diuinitus/nec tractus ab amore: penitus eſt intactus/nec habet actiuā ad deum cum affectu acceſſionem/nec ſimplicem amoris iclinationem in requiem fruitiuā. Hanc ob cauſam deo vnificari non poteſt. quoniā cū natura reflexiua ſit vniuerſi. nimirum ſupernaturali/gratuitaq́ꝫ dilectione vacantes/ad ſeſe in omnibus reflectuntur / & requiem quęrunt in omnibus extraneis. Omnis enim creatura eſt ad quietem naturaliter inclinata. et ideo tam a bonis q̄ a malis quies quęrit̄ multis modis. Vultis autē naturalis quietis ſpiritus cauſam & originē noſſe? vniuerſis ſiquidem anime potentijs feriantibus/& appręhenſiuis ſcilicet a ſpecierum ſenſibilium & intelligibilium receptione/appetitiuis vero ab omni affectionis & voluntatis operatione: mox anima velut corpus truncatis aut immobilibus factis mēbris naturaliter/ immo neceſſario ſomno ſimilem incidit in quietem. quā vtiq́ꝫ abſq́ꝫ gratia q́ſq́ꝫ ſibi facile conſtituere poterit ac naturaliter poſſidere ſi ſe mouerit a rerū imaginib⁹ & a cūctis potētiarū actib⁹ vacuare. nequaq̄ tn̄ ver⁹ dei amator & cultor poteſt hoc mō affectare q́eſcere: qm̄ charitas/internuſq́ꝫ gratiæ tact⁹ neſciūt vana requie ocia-

ri.et ideo q̃q̃ deuoti/feruidiq; amatoris anima posset interdum prę tedio/surreptione vel lassitudine corporea dormitare: non tamen se pateretur in seipsa/ quasi in naturalis quietis somnolento lectulo diutius recubare. Est autē huius quietis vsus: quieta sessio/plena ocio/remoto omni īteriori exterioriq; exercitio. vt operationis amotio/sit quietis inuentio: & ocij cōtinuatio/ sit quietis non impedita retētio. verū omnis huiusmodi quietis vsus: illicitus est. quoniam causat in homine quandam velut iustitię cęcitatem/ quandāq; vacantis animi/nulli omnino actui intēdentis in sese intrinsecus supinationē. nec aliud est quies ista: q̃ quędam animę ociositas/in qua feriantibus ab omni opere potentijs/ naturaliter mēs soporatur/sui deniq; in oībus quo ad opus quodlibet obliuiscens. porro hęc quies contraria est supernaturali quę in deo possidetur / quieti. cū ea sit amatoria spiritus profundatio/ prospectu simplici in incomp̄hensibilē claritatem. ista enim deifica quies quę intimis semp̱ desyderijs actiue quęritur: amatoria inclinatione fruitiue iugiter inuenitur/necnō amoris absorptione/perpetuo possidetur/ & cum possessa fuerit nō minus ob hoc iteratis vicibus quęritur. Ista inquam quies tantum super naturalem est exaltata quietem: quantum supra omnem creaturam exaltat⁹ est deus. Ob hoc ergo decepti sunt quicunq; ad seipsos suam flectentes intentionem: in naturalē ociosam quietem/intrinsecus se supinant: deum affectu intimo minime quęritantes / nec ob hoc fruitiui amoris requiem inueniētes. quies enim quam possidēt: in ociositate animæ/corporisq; consistit/ ad quam sunt & a natura & a consuetudine inclinati. verum in hac quiete deus inueniri non potest: sed cęca cęcum ducens in

ſomnolentiam ocij introducit. Quod gentiles/ iudæi et quicũq; etiam peccatores ſordibus inuoluti: poſſunt facillime inuenire/ dum modo eas reatus conſcientię/ remortionis inquietudine non conturbet/ ſeſeq; a rerũ formis & cunctis animę potentiarum actibus nouerint vacuare. Eſt autem in huiuſmodi ocij ſomnolentia: quies delectabilis & magna. Cæterum quies hæc peccatum in ſe non eſt: quia ęque omnibus naturaliter eſt inſita/ ſi ad hoc omnes ęqualiter vacuare ſe ſcirent. Sed cũ quis ea affectate vti voluerit/ & abſq; virtutum actibus poſſidere: mox ſuiipſius complacentiã et gratiam conſecutus/ in ſuperbiam labitur supernaturalem/ de qua rariſſime conualeſcit. putat nãq; nõnunq̃ ſe id eſſe/ idq; habere ad quod nunq̃ eſt forſitã peruenturus. Itaq; dum ocioſus quilibet quietem ficticiam in ocio poſſidet ſomnolẽto/ omnemq; amatorium ad deum acceſſum quietis ſuæ impedimentum fore cauſatur/ nec facile ab ocij ſui ſuſcitatur ſomno: totus quietus ſubſidet in ſeipſo contrarie viuens primo modo ſummę obuiationis (de quo ſupradixim9) deo ſpiritum vnienti. quod profecto omnis ſpiritualis erroris eſt initium & radix. Hui9 rei in bonis & malis angelis habemns exemplum. Siquidem boni angeli in creatorem ſuum cum omnibus acceptis donis ſuis/ fruitionis amore conuerſi: fœlicitatem perpetuã inuenerunt. mali vero in ſemet reflexi/ & in ſe requiẽ ſibiipſis placendo in naturali lumine quęrentes quiete breui/ atq; illicita fruebantur. Excæcatiq; & ab æterno lumine/ chao magno interpoſito ſegregati: in externas tenebras atq; in ęternam inquietudinem irreparabiliter ceciderunt.

¶DE SPIRITVALIBVS vicijs horũ ociosorum quibus contrariantur secundo modo. Cap.LXIX.




Præterea dum quispiam ociosam quietẽ absq; intimo/affectiuoq; ad deũ accessu voluerit possidere: iam apt⁹ est in quẽlibet prolabi errorẽ.quoniã a deo auersus est/& ad seipsũ naturali dilectiõe cõuersus:affectans quęrensq; dulcedinẽ ac solacia/ac cætera omnia quorum mouetur intrinseco appetitu. vnde mercatori similis esse probatur: quoniã in seipsum in cunctis suis actibus est reflexus/ intendẽs quęrensq; amplius quietem propriam lucrumq; suum/ q̃ honorem dei. Is itaq; in huiusmodi viuens amore naturali: in impatientia suam animam possidet/necnon in pui cacia proprię voluntatis. Aliqui vero dura penitẽtiæ agentes opera/vitam ducunt austeram: quo p hoc latius cognoscantur/eximięq; sanctitatis nomine diuulgentur/& pręterea vt sublime apud deum pręmium mereantur. Amor siquidem naturalis/ fauorabilis & beniuolus est sibiipsi:libensq; recipit tẽporalis honoris ramusculos in hoc sęculo/& æternę beatitudinis pręmia in futuro.Nõnulli plurima optãt & eligunt/multaq; specialia a deo postulant cũ affectu:& hi sępissime seducuntur.quia nõnunq̃ per occultas dæmonis operationes/que desyderant assequuntur.quod suæ mox sanctitudini ascribentes: se omnibus esse dignissimos arbitrantur.Superbi nãq; sunt non tacti a deo/nec spiritualiter illustrati. & ideo in semet/ quiete subsident ociosa/ exiguoq; solatio per maxime iocũdãtur:quoniam sobrias delicias verę sãctitatis ignorãt. Sũt pręterea secundũ propriũ appetitũ ad ĩternę suauitatis saporẽ/& ad omne spũale naturę commodũ ĩclinati:qđ

non immerito ſpiritualis luxuria appellatur/ cum ſit quędam inclinatio naturalis amoris/qui in ſe ſemꝑ reflexus quę ſibi ſunt cõmoda in cũctis inquirit. Huiuſmodi quoqꝫ ocioſi ſemper ſpirituali ſuꝑbia ſunt inflati: atqꝫ in omnibus voluntatis ꝓpriæ poſſeſſores. Et ideo tam peruicacibus affectionibus ad ea quę deſyderant q̃ procacib⁹ petitionib⁹ q̃ a deo obtinere volunt feruntur: vt frequenter decipiantur/ & nõnulli a dęmone obſideãtur. Horum vita/ ſi vita et non potius mors dicenda eſt: charitati contraria & amoroſo acceſſui/ quo ſe verus amator & omnia ſua in diuini honoris/ amoriſqꝫ ſacrificium offert deo. quem nichil aliud contentare poteſt cui nil aliud valet ſufficere/ q̃ ſummum bonum incompręhẽſibile: qui deus eſt. Nam charitas eſt nexus/ amoris tranſuehẽs nos in deum: per quam renunciantes nobiſmetipſis deo nos vnimur/ & nobis deus. naturalis vero amor ſemꝑ in ſe & in propriũ cõmodum eſt reflexus/ ꝑmanens ſemper ſolus. verũtamen tam ſimilis eſt charitati in exterioribus actibus q̃ ſibi ſimiles ſunt vni⁹ capitis/ duo pili. Intẽtiones autẽ amborũ omnino diſſimiles ſũt. quoniã verus amator intendit/ quęrit/ et deſyderat ſemper honorem dei: naturalis vero amator ſibimetipſi ꝓprioqꝫ lucro ſemper intẽdit. Vnde fit vt naturali amore pręponderante in contrarium charitati: in quatuor ſimul peccata naturalis labatur amator. Siquidem ſpiritualem incurrit ſuperbiam/ cupiditatem/ guloſitatem/ atqꝫ luxuriam. His per ordinem lapſus eſt Adam in paradiſo terreſtri: & ĩ eo tota hũana natura peccauit. naturali ſiq̇dẽ amore/ ſemetipm̃ ĩordinate dilexit: & ob hoc ſe a deo auertẽs mãdatũ ei⁹ ſuꝑbiẽdo cõtẽpſit. cupiditatis inſtinctu: ſcientiã ac ſapientiam concupiuit. gulo-

ſitatis motu: illiciti ſaporis delectamentū queſiuit: & poſt hæc ad libidinem inſaniuit. Beata vero dei geni- trix virgo maria/ viuida paradiſus: gratiā quam Adā fallaci perſuaſione perdidit/ fœlici ſalutatione preuē- ta/ iuenit & peramplius. quia facta eſt mater amoris: ipſa actualiter ad deū cōuerſa erat ſyncæriſſima cha- ritate. concepit CHRISTVM veriſſima humilita- te. obtulitq; eū quotidie patri cum vniuerſis paſſionis eius opprobrijs/ beniuolentiſſima largitate/ nec vllius vnq̄ doni ſapore abutebať/ vel tenuiſſima guloſitate. ſed et omnis vita eius redimita erat puriſſima caſtita- te. Quam glorioſam & preclaram virginem omniſq; ſanctitatis preclarum ſpeculum quiſquis fuerit imita- tus: vniuerſa virtutum cōtraria/ ei⁹ auxilio ſuperabit/ ipſius proculdubio obtentu peruēturus ad regnū fœ- licitatis eternæ/ i qua cum dei patris ſuoq; / filio viuit/ eſt/ et manet/ in ſecula ſeculorum.

¶ DE ERRORIBVS ocioſorum quibus cōtrariā- tur tertio modo. Cap. LXX.


Aeterum i vano ocio quietē quiſq; poſ ſidens naturalē/ in cunctiſq; opibus ſuis intendēs ſemp/ & q̄ritās ſemetipſū/ nec nō i ſui ſenſ⁹ volūtatis pუicacia iflexibi lis pſeuerās: hic nimirū a deo viuificari nō poteſt/ vtpote omnino diſſimilis & deiformi vacuus charitate. hec iam ter- tij modi contrarietas: cæteris nocentior incoatur. & eſt vita immixta ſpirituali errore/ & omni peruerſitate pleniſſima. Huius quidem vitæ emulatores: ſunt pro pria ſua æſtimatione diuiniſſimi cōtemplatores/ cun ctis viuentibus ſanctiores. & tamen ſuæ vitæ demeri- to: deo contrarij ſunt & diſſimiles/ ſanctiſq; omnibus

et iustis hominib⁹ vniuersis. horum erroneam/phantasticamqꝫ opinionem/quo in verbis & factis possint manifeste cognosci: sequens nunc sermo docebit. Igitur propter naturalem quam in se sentiunt quietem & possident ociando: dicūt se vere liberos esse/deoqꝫ immediate vnitos. Dicūt p̄terea se supra vniuersum ecclesię cultum/ exercitiumqꝫ fidelium/ ac supra mandata dominica/dei spiritu subleuatos/supra legem quoqꝫ/ et supra omnia virtutum opera quę possunt quomodolibet exerceri. quoniam hanc ociositatem tantę fore reputant dignitatis: vt non debeat quibuscūqꝫ bonis operibus impediri/eo ꝙ cunctas virtutes nobilitatis dignitate pręcellat. Hui⁹ rei gratia: in pura passibilitate absqꝫ omni actiōe sursum deorsumue vergēte subsidēt in seipsis/ad instar scilicet instrumēti in seipso quidem ociosi/beneplacitum vero sui artificis dum in eo operari voluerit passibiliter expectantis. Nam (vt dicunt) si per se quicq̄ agerent: deum in sua actione impedirēt. hanc ob causam virtutes omnes omnino repudiant. adeoqꝫ intrinsecus vacant ocio: vt nec deo gratias agere velint/neqꝫ laudes. Intelligere quoqꝫ/ diligere/ velle orare/ desyderareqꝫ nesciunt aut volunt. quoniā quicquid orare/desyderareue possent: iam suo iudicio possederunt. Si ergo pauperes sunt spiritu/quia voluntate extincta omnia pariter reliquerunt: omni tamen proprię voluntatis vacant arbitrio. quoniam videtur eis per intimum spiritus ocium: se fore omnia supergressos/ idqꝫ iam in quiete ocij possidere/ob quod est omnis cultus ecclesiasticus institutus. Cæterum vt dicunt/nulla creatura immo nec ipse deus/ conferre eis aut auferre quid valet: quoniam omne spirituale corporaleqꝫ exercitium/ cunctasqꝫ virtutes æstimatione

propria transcenderunt/ atq; in quoddam purum spi
ritus ocium in quo sunt a cunctis liberati virtutibus/
deuenerunt.maiori(vt dicunt) labore indigent a virtu
tibus in ocio liberari:q̃ ea consequi operando. ob hoc
ergo omnino liberi esse volunt: ac nemini penitus obe
dire/ nec papæ scilicet/ nec episcopis/ nec prelatis. vn
de & si exteriori apparentia nonnunq̃ se simulent
obedire: nemini tamen interiori obedientia/volunta
te/vel opere sunt subiecti. Nam ab omnibus cultib9/
moribusq; quos catholica mater ecclesia humili de
uotione frequentat: ociosa spiritus libertate omni mo
do sabbatisant. Sed videntes eos humanę salutis ho
stes:sabbata eorũ merito derident.Qua ex re imper
fectum fore quempiam inaniter mentiuntur q̃diu in
sistit virtutibus/ & gratissimam dei cupit facere volun
tatem:quoniam ad hoc in virtutum messe desudant/
huiusq; spiritualis ociositatis dignitatem ignorant.
verum ipsi sua æstimatione exaltati sunt super om
nes angelorum/sanctorumq; omnium choros: necnõ
et supra omne pręmium meriti qualiscunq;. ob hoc
quoq; dicunt in virtutibus se amplius proficere non
posse: neq; plus pręmij mereri qualiscunq;/ nec vnq̃
aliqua se committere posse peccata.dicunt nãq; omni
voluntate se priuatos fore/ deoq; / se suos spiritus in
ociosa requie reddidisse: cui & vnitos se dicunt/ &
in se ad nichilum prorsus redactos. Et ob hoc libe
re possunt facere quicquid natura corporis concupi
scit: quoniam ad statum innocentię peruenerunt/
nullumq; sibi impositum fore dicunt legis iugum.
Vnde si naturaliter contingat ad quoduis appetibi
le commoueri/ quo non adepto ocium sui spiritus
impediretur: mox concupiscentię satisfaciunt natu

rali/ vt salua permaneat ociositas & immota. Hanc ob causam nichilipendunt ieiunia/ sacrorumq; celebritates festorum/ & cætera ecclesiastica instituta: nisi forte ad humanos placandos conspectus/ interdum ea se simulent obseruare. quoniam de omnibus conscientiam penitus obstruxerunt. Spero paucos admodum tales esse. sed si qui huiusmodi sunt: pessimi sunt hominum/ & cunctis viuentibus nocentiores. raro quoq; ac difficile conuertuntur: & interdum a dæmone/ obsidentur. qui tunc adeo subtiles sunt: vt non facile valeant deuinci. Secundum vero sacram scripturam/ CHRISTI q; doctrinam ac fidem nostram: eos seductos fore liquido comprobatur.

¶DE QVODAM ALIO GENERE SPIRITVALIVM OCIOSORVM. Cap.LXXI.



St et aliud genus spiritualium ociosorum/ prędictis in parte contrariorum: dicentium etiam cum iam dictis se fore ab omnibus operibus ociosos/ seq; nil aliud esse q̃ instrumentum quoddam quo deus/quod vult/ & quomodo vult operatur. Ob hoc se dicunt in pura passibilitate/ absq; actu quolibet constitutos: & opera per gratiam personaliter operantes. huius rei causa/ dei passibiles se appellant: dicētes se nichil omnino personaliter operari. Sed q̃cunq; agere vident: nō ea se/ sed p eos quasi per instrumētū deū agere mētiuntur. Dicunt quoq; et isti se peccare nō posse/ quoniam deus agit opera/ quibus/ ipsi vacantes ocio/ nō intendunt. vnde q̧cquid

deus voluerit per eos efficitur/ & nil aliud. hi se i quodam ocium/ nullius operis agētes negocium: intrinsecus supinarunt/ nulla prorsus electione rerum vtentes. habent quoqȝ modum humilē & abiectum/ multūqȝ bene sciunt accidentia cōtraria æquanimiter tolerare. nam sua æstimatione instrumentum sunt: quo deus iuxta suæ voluntatis beneplacitum operatur. Hi pluribus modis & actib⁹ commoriginati sunt/ cæteris bonis & fidelibus christianis: & in aliquibus contrarij sunt eisdem. ad quęlibet enim intrinseco mouētur instinctu/ siue alijs similia fuerint/ siue dissimilia: ea a spiritu sancto procedere suspicantur. in quo & similibus omnimode seducuntur. quoniam spiritus sanctus nec vult/ nec suadet/ nec agit ea: quę CHRISTI contraria sūt doctrinę/ vel religioni dissimilia christianę. Hoc difficile est agnoscere: nisi ab homine discretionem magnam habente spirituum/ & illustrato diuinę lumine veritatis. Nonnulli nāqȝ eorum subtiles sunt: & suos errores sciunt optime palliare/ et glosis subtilibus defendere. Suntqȝ in suo sensu adeo pertinaces/ seqȝ tam potenti proprię voluntatis dominio possident: vt antea eligerent quodlibet genus mortis subire/ q̃ conceptum quēuis articulum reuocare. Reputant enim se omnibus sanctiores: & diuinę veritatis lumine cūctis viuentibus ampli⁹ illustratos. Cæterū isti in eo cōtrarij sunt pręscriptis: ꝙ dicūt se posse proficere & mereri. Illi namqȝ (vt prędiximus) se nō plus proficere posse dicunt: eo ꝙ se in ociositatis suæ quieta solitudine possederunt. At vbi nullum omnino exercitium est aut opus: nullus penitus est profectus. Ecce omnino isti omues ꝑuersissimi sunt/ & omniū viuētiū pessimi: & ideo tanq̃ diabolus sunt vitandi. verū si bene intel-

lexistis doctrinã quã vobis sumus multipharię ĩ prio-
ribus elocuti: hos seductos fore liquido cõprobatis. nã
vitę suæ puersitate: deo/iustitięq;/ac sanctis oĩbus ad-
uersant. Sunt quoq; antichristi pessimi p̃cursores: viã
illius ad omnẽ heresim p̃parantes. siquidem liberi esse
volũt: vacui virtutibus/& mãdatis dñicis nõ subiecti/
ociosi quoq; ac deo sine glutinio charitatis vniri/ diui-
ni cõtẽplatores absq; intuitu amoroso/ & sanctissimi
viuẽtiũ sine aliquo ope sãctitatis. Dicũt insup se quie-
scere in illo quẽ nõ diligũt: seq; sublimatos in illũ quẽ
neq; desyderãt/neq; volũt. fabulant quoq; se/ab oĩbus
ociari virtutib9/ necnõ ab oĩ ad deũ accessu q̨escere/ne
deũ ĩ actiõe sua ĩpediãt. deũ q̨ppe creatorẽ oĩm & dñm
cõfitẽtur: & tamẽ ei nec gr̃as agere volũt / nec laudes.
eũ fore fatẽtur potẽtiæ ac opulẽtiæ infinitę: & tamen
garriũt eũ nil cõferre eis posse penitus/ nil auferre/seq;
nõ posse p̱ficere nec mereri. Cuius tamen cõtrariũ te-
nent eorũ aliqui: dicẽtes/se plus cęteris hoĩb9 p̱mereri
quia deus facit eorũ opera/ipsiq; dei op̱ationẽ/ vacã-
tes ocio patiũtur / immo ipsi a dei spiritu tanq̃ filij dei
agũtur/in quo(vt dicũt) p̱meritio summa cõsistit. hæc
vero omnia erronea sunt ĩmo ĩpossibilia: quoniã op̱a-
tio dei in se & incõmutabilis est & æterna. vt pote qui
seipsum & nil aliud operat. & in hac quidẽ operatiõe
cuiusdã creaturæ p̱fectus aut meritũ nõ cõsistit. Nam
hic non aliud est q̃ deus: qui in se nec infimari potest/
nec exaltari/non minui nec augeri. creaturę vero / dei
virtute influente op̱ationes p̱prias habẽt/tã in natu-
ra q̃ in gr̃a / necnon etiã & in gl̃ia. vnde cũ hęc op̱a in
gr̃a tẽporaliter terminãtur : in gl̃ia æternaliter p̱seue-
rãt. verũ si possibile foret quod oĩno fieri nõ potest/vt
videlicet creatura quantũ ad suã oĩmodã op̱ationẽ

redigeret ad nichilū/ atq₃ ideo ociosa foret sicuti erat cū nōdū creatura fuerat/ hoc est vt sic cū deo oīmode vnū fieret / nec aliud q̄ tūc habuit esse possideret: i hoc ꝓculdubio statu sicut nec tūc/ mereri prorsus nil posset/ neq₃ etiā plus sancta vel beata foret q̄ lapis īsensibilis siue lignū. quoniā sine ꝓpria opatione/ sine dilectione/ cognitioneq₃ dei: nō possumus esse beati. Deus autē in se beatus esset/ vt tūc & semꝑ: de quo nil boni cōtigeret huiusmodi creaturę. manifestū est ergo ociositatē hācfore oīno phātasticā & erroneā: quoniā oēm ꝑuersitatē/ oēmq₃ malignitatē volūt huiusmodi ociosi boni specie palliare / & in dignitate cunctis virtutibus anteferre. Pessimum quoq₃ verbis subtilibus occultare nituntur: vt possint prętēdere imaginē meliorum. Hi omnes deo/ sanctisq₃ oībus sunt cōtrarij: sed damnatis spiritibus optime similant. damnati namq₃ spiritus dilectione carent & cognitione / ociosi sunt ab omni dei laude & gratiarū actione / necnon & ab amatoria ad deū cōuersione/ & hęc est causa dānationis eorum æternæ. Et his quidē ociosis hoc solū restat: vt tēpus eorū in æternitate mutetur/ & dei iustitia in eorū operibus propaletur. CHRISTVS vero dei fili⁹ qui secundū humanitatem suam caput est iustorum oīm/ & norma viuendi: ipse erat/ est & in ęternum erit cum oībus suis membris/ id est cū sanctis oībus amās/ desyderans/ gratias agens & laudās patrem suū qui est in cœlis/ cum tamen anima eius vnita / fœlixq₃ sit & fuerit in esse diuino. Ad hanc vero ociositatē nūq̄ peruenit/ neq₃ perueniet inęternū. quoniam gloriosa eius aīa oēsq₃ beati ꝑpetuū habent amoris accessū: veluti q esuriūt/ sitiuntq₃ diuinā (quā gustauere) dulcedinē/ & satiari eatenus nequeūt inęternū. fruitur tamen eadem

CHRISTI/aīma omnesq; sancti in excessu oīs desy
derij: vbi vnū solū / est ipsa videlicet dei electorū oim.
fœlicitas sempiterna.vnde frui simul & operari:beati-
tudo est CHRISTI/& omniū beatorum.vita quoq;
est omniū bonorū: vniuscuiusq; secundū sui mēsuram
amoris. Est pręterea iustitia quędā nunq̄ peritura/sed
indeficiens atq; perpetua q̄obrem sanctorū imitantes
exempla:virtutibus & bonis operibus / intus & exte-
rius nos ornemus. Amatorie quoq; & humiliter ante
diuinæ maiestatis conspectū / nos cū omnibus operi-
bus nostris imolemus: & ita deo donis suis medianti-
bus occurremus. tangemur quoq; affectuosa dilectio-
ne & cōmuni replebimur bonitate. Quo fiet vt efflua-
mus & refluamus verissima charitate ī simplici pace/ di
uiaq; silītudie stabiliter/ pseuerāter firmiter īmanētes.
per hācvero silītudinē & per fruitiuū amorē/diuināq;
claritatē: fœlici pfluuio in deificā pfundabimur vni-
tatē deo per se īmediate in fruitionis requiē obuiātes.
quo tandē fiet vt æternaliter īmanentes/ iugiter efflua
mus:& continue effluentes in idipsum absq; obūbra-
tione vicissitudinis refluamus. Per hęc enim: vera in-
tima & spūalis vita/in omni pfectione plenissime pos
sidetur. Quā nobis pręstare dignetur:qui est deus in
sæcula benedictus. AMEN.

¶ Secundi libri de ornatu spi-
ritualium nuptiarum Finis.

¶TERTIVS Liber de ornatu vitæ supessentialis & contēplatiuæ. Caput. I.



Mator dei intima deuotione feruidus/ deū in quiete possidens fruitiua/ seseq; in accēdente dilectione opatiua/ & oēm vitā suā in virtutibus cū iustitia directiua: per hęc tria necnō & per occultā dei manifestationē/ ītroducit amator deuotus/ velut in sponsi cubiculū in vitā cōtēplatiuā. amator inquā intima charitate igneus & iustus: quē deus ex sua liberalitate eligere/ sublimareq; dignat ad cōtēplationē superessentialē/ qua deus sub lumine quodā videt diuino/ & secundū eum quo deus se videt modū/ citra tamen statum beatitudinis cōsumatę. Hæc autē contēplatio in puritate / lympiditateq; pręcipua: supra nostros/ nos cōstituit ītellectus. quoniā ipa est singularis quidā ornatus / cœlestisq; corona/ & virtutū oīm premiū sempiternū. Ad hanc vero cōtemplationē nemo potest aut pfunditate sciētiæ/ seu subtilitate intelligētiæ/ seu quibuslibet exercitatiōibus puenire: sed quem deus suo sibi spiritu vult vnire/ ac semetipso dignat illuminare/ is deū poterit contēplari/ nō alius quisquā. Occulta eni diuinitatis natura: secundū modū psonarū/ æternaliter actiue cōtēplat & amat. Secundū vero essentiæ vnitatē/ quodā spūs cōplexu semp fruit psonarū In hoc quippe cōplexu qui in deitatis essentiali vnitate penniter celebrat: vniuersi deuoti spiritus vnū cū deo/ pfundo amoris pfluuio sunt effecti. nō quodlibet quidē vnū/ sed idipsum quod est ipsa essentia dei in se/ eo modo quē deifica beatitudo requirit. Et ī hac sublimi/ diuinaq; dei vnitate: pater origo est/ & principiū operis oīs/ qđ tā in cœlis agit q̄ in terra / clamatq;

in ipso profundo spiritus secretario/quasi mediæ/ silentisq; noctis clamore.& ait ecce sponsus venit:exite obuiam ei. Hoc verbum/ in hoc tertio tractaticulo exponere/declarareq; volumus (aspirāte domino) de ornatu vitę superessentialis & cōtemplatiuę/ quę finis est totius sanctitatis & omnis vitę/qua viuitur inęternum. Verū ad hanc deificā cōtemplationē: pauci admodū pueniūt homines/ tū propter eorū ineptitudinem/tū propter latibulū luminis/in quo eatenus contēplatur.idcirco sensum in hoc tractaticulo dicendorū neminē ad plenū per cuiusuis scientiæ doctrinā / seu ingenitā perspicaciā/ proprie ītellecturum putamus. nam verba quælibet & quicquid humanitus intelligi potestvel doceri:longeq; alienum est/longeq; infra veritatem : quam verbis vmbratilibus balbutire nunc intēdimus potius q̄ effari.Qui vero deo vnitus est & veritatis huius lumine illustratus : eā potest intelligere per seipsam.quoniā comprehendere/intelligereq; deū supra omnē similitudinē sicuti est in seipso: est iam esse deū/cū deo īmediate/& absq; omni alteritate īntercidente/seu īpedimento quolibet prohibēte.q̄obrem id a singulis in hoc tractaticulo dicēda nō ītelligentibus/ seu in fruitiua sui spiritus vnitate minime sentientib⁹: efflagito cū affectu/ne videlicet verbis nostris/aut male/aut sinistre interpretātis temerario iudicio pessundentur:qui potius humiliter āmirentur quasi ignorātes.vt ipsa sua humilitate apud dn̄m : intelligere mereatur. Vera siquidē ea sunt quę sum⁹ (fauente domino nūc dicturi.q̄ & CHRISTVS ęterna veritas/per semetipsum in euangelio in locis pluribus est locutus: si in hac parte singula īpius testimonia adducere sufficeremus. Hui⁹ rei causa necesse est hęc intellecturū si-

bi fore mortuũ & in deo viuere: vultũq; obijcere æterno lumini in ꝓfundo sui spiritus / ipsa occulta veritas sese nullo intercidẽte medio manifestat. Pater quippe cœlestis cũ sit pater luminis: vult nos diuinitus esse videntes, & ideo in abscõdito spiritus nostri: ęternaliter per se loquitur nullo penitus mediante / nulla vicissitudine obũbrãte vnicũ inscrutabile verbũ & non plura, in quo quidẽ verbo: seipsum & õnia simul eloquitur. verbũ vero istud: nil aliud sonat q̃ ecce / vel vide: & est exitus / generatioq; filij luminis sempiterni / ĩ quo oĩs beatitudo cognoscitur & videtur.

¶ DE TRIBVS requisitis ad superessentialẽ theologicam visionem. Cap. II.



T autem spiritus deum per seipsum in hoc diuino lumine / nullo intercidente medio / cõtempletur: tria necessario requiruntur. Primo quidẽ exigitur: vt sit extrinsecus in cũctis virtutibus bene per omnia ordinatus / & intrinsecus ab omnibus intermediantibus expeditus / necnon in vniuersis exterioribus actibus adeo mente quasi nil ageret ociosus. nam si intrinsecus est actu virtutis cuiuslibet occupatus: consequens necessario est / actus illius imaginem fore in eius animo figuratã. & donec ita se habuerit: nequaq̃ poterit contemplari. Secundo requiritur: vt deo intrinsecus intentione ac dilectione adhęreat cõiunctiua instar inextinguibilis candentis ignis diuino succensus amore. Eo autem tempore / quo ita se sentit: contẽplari nimirũ potest. Tertio necesse est vt in excessu oĩs modis / quadã supintellectuali caligine sese ꝑdiderit: in quam cuncti cõtemplantes / secundũ fruitionis abyssum / quasi in solitudine oberrarunt / nunq̃ sese

humanitus inuenire valentes. In huius vero caliginis
abyſſo in qua ſibi mortuus eſt ſpiritus: amans quiſqꝫ
fit videns. datur autem hoc lumen diuinū: in ipſa ſim-
plici ſpiritus exiſtentia/ vbi ſpiritus ſuper omnia dona
omneqꝫ creatū opus/ in ipſa ocioſa ſui vacuitate/ eam
quę deus eſt ſuſcipit claritatē. in ipſa quidē ſui vacuita-
te: per fruitiuū amorem ſpiritus perdit. ſemetipſum/
deiqꝫ claritatem nullo intermediāte ſuſcipit/ ac ſine in-
termiſſiōe/ & ip̄e fit ea claritas/ quā accipit. porro clari
tas iſta in quā omne deſyderabile ſecūdū modū ocio-
ſitatis ſpiritus peruidetur: adeo magna eſt & imenſa/
vt contemplatiuus amator in eo quo quieſcit diuinæ
abyſſus profundo/ nil aliud videat/ aut ſentiat q̄ incō-
prehenſibile quoddā lumen. Secundo vero ſimplicem
diuinæ claritatis ſerenitatē inuenit: & ſentit ſe eſſe id-
ipſum quo videt lumen/ & nil aliud. Sic ergo patet pri
mum: quo dicitur ecce. quo ſcilicet fiat quis videns ī lu
mine poſitus deiformi. Et beati quidem oculi ſic vidē-
dentes: quoniam ipſi poſſident vitā æternā.

¶ De aduētu ſpōſi in ſpiritū cōtēplantē. Cap. III.

NObis autem ſic vidētibus poſſumus ęter
ni ſponſi aduentum intimo gaudio cō-
templari. quod eſt ſecundum: de quo vo
lumus nunc effari. Quis eſt ergo æternus
aduentus ſponſi noſtri: ipſa ſiquidē no-
ua/ ęternaqꝫ filij generatio/ ac recens ſine
intermiſſione illuminatio. Abyſſus nāqꝫ ex qua clari-
tas ipſa radiat/ quæ & ipſa claritas eſt/ viuida eſt & fœ
cūda. & ideo ęterni luminis apparitio: abſqꝫ ceſſatio-
ne in abſcōdito ſpūs renouatur. Ad hunc autē cōtem-
plationis gradū vniuerſa creata opera/ cunctaqꝫ virtu-
tum exercitia aſcendere non valentia/ ſubſidere pe-

nitus cōpellunt. quoniā hic deus se solū: in ipsa sūma nobilitate spiritus/ operatur. nec est hic aliud: nisi æternus cōtuitus luminis in lumīe/ & lumīe mediāte. Aduentus quoq; sponsi adeo subitus est: vt dici possit & semp venisse/ sempq; iexhausibilibus/ iscrutabilibusq; plenus diuitijs imanere/ & psonaliter tñ tam noua claritate/ sine itermissione nouiter aduenire / quasi nunq̄ antea aduenisset. Cōstat nāq; aduentus eius in ęterno nūc sine tēpore: qui quidē nouo appetitu/ nouoq; iugiter suscipitur gaudio. Porro deliciarū gaudiorumq; vbertas/ quā sponsus iste in suo affert aduētu: inscrutabilis est & imensa. nā delicię suæ ipse est. hāc ob causam oculi quibus spūs quilibet sponsum venientē cōtēplatur adeo sunt aperti: vt nūq̄ claudētur. quoniā cōtuitus/ & cōtēplatio arcanæ manifestatiōis dei: manet æterna. Capacitas quoq; spiritus tanta in occursum venientis sponsi amplitudine est explosa: vt spiritus ea ipsa quā capit/ amplitudo factus sit. Sic itaq; deus deo mediante comprehenditur & videtur: in quo nostra tota beatitudo consistit. Hoc est secundum quod dicit spōsus venit: i quo docemur quomodo ęternū spōsi nostri aduentū in nostro suscipimus spiritu.

¶ DE EXITV vero quo spiritus obuiam sponso cōtemplatiue procedit. Cap. IIII.



Dest sponsus. quid ergo in occulta spiritus nostri profundatione clamitet: audiam9. Exite ergo (iquit) ęternę cōtēplationis/ fruitionisq; exitu ad cōfirmitatē dei. Omnes quippe diuitias quę in deo naturaliter sunt nos i eo & in nobis ipe: per imensam (quę spiritus sanctus est) charitatē amo-

re vicario possidemus. Nã in illius summæ charitatis cõplexu: omne desyderabile plenis faucibus degustatur. Per hanc ergo charitatem: nobis sumus mortui/ & per amoris defluuiũ in excessũ mẽtis/ caliginẽq; egressi. Illic quidẽ spiritus: cõplexu quodã cõstringit beatissimę trinitatis/ imanẽs æternaliter in ipsa supessentiali vnitate/ fœlici fruens quiete. in hac ipsa autem vnitate secundũ modũ fœcunditatis pater in filio/ & filius in patre: & in ambobus omnes pariter creaturę. hoc vero super distinctionẽ est personarũ. Nam & in viuida fœcunditate naturę paternitas & filiatio rationis lumine discernũtur. Oritur aũt & inchoatur hoc gradu æternus exitus/ æternũq; principio carens opus. quoniã hic principiũ quoddã est sine principio. nã ex eo q; pater omnipotẽs in abysso suæ fœcunditatis/ se plenissime cõprę hẽdit: egressus est filius/ ętернũ verbũ a prẽalia i deitate psona. sed & per ęternã verbi generationẽ: egressę sunt æternaliter omnes creaturæ: anteq̃ in tempore crearẽtur. viditq; & cognouit eas deus in alteritate quadã sub distinctis rationibus idearũ: nõ tamen omnimode a se alteras. quia quicquid est in deo deus est. Egressus vero iste ætern⁹ & vita ppetua/ quã in deo nil nobis cooperãtibus æternaliter habem⁹ & sumus: causa est originaria nostri esse in tẽpore creati. dependetq; nostrũ esse creatũ ab esse æterno: & secundũ existentiã vnũ cũ illo est. cęterũ hoc esse æternũ & vita quã in æterna dei sapientia/ quasi in mente superni artificis per rationes ideales habem⁹ & sumus: similis deo est. quoniam æternam sine differentia immãsionem habet in esse diuino/ exitumq; perpetuum per gratiam verbi sub discreta alteritate secundum rationem idealem artis ætернę. Per hæc autem duo/

id est per idẽtitatẽ essentialẽ/alteritatẽq; idealem:vita ipsa quã in mente superni artificis possidemus/adeo similis est artifici nostro deo/ vt in ipsa similitudine/ deus sine intermissione velut in sua imagine se cognoscat/tam quidẽ secundũ essentiã / q̃ secundũ personas. Nam q̃q̃ hic est discretio & alteritas rationis:est tamẽ hęc similitudo vnũ cũ imagine ac figura paternæ substantię/hoc est cum sapiẽtia genita/verbo patris/ĩ quo deus seipsũ & omnia videt in indiuisibili nũc ęternitatis/absq; omni prioris/posteriorisue successu. Simplici quidẽ visione seipsum deus & omnia contẽplatur. Porro hoc verbũ æternum:imago est & similitudo patris/ nostrũ vero (ad cuius imaginẽ/ similitudinẽq; creati sumus) exemplar/ cũ sit ipsum speculũ sine macula maiestatis dei/& ars omnipotẽtis/ plena rationibus omnium viuentium. In eo enim omne quod factum est: vitam quandam habet æternam / tanq̃ in suo perpetuo exemplari. ad cuius imaginem & similitudinem: deus trinitas nos creauit. Iubet ergo deus : vt e nobis in hoc diuinum exeamus lumen. & hanc dei patris imaginem / nostrum autem exemplar & vitam propriam supernaturaliter assequamur/secum eam actiuæ & fruitiuæ beatitudinis gloria possessuri. Animaduertimus siquidem mentalibus oculis diuinitus cõtemplantes sinum patris originẽ / principiũq; fore nostri esse/vitęq; nostrę: ex quo & ex oĩbus ĩ eo viuẽtibus/ęterna quędã claritas/id est filij sẽpiterni generatio elucescit. In qua quidẽ claritate sibi ipse pater cũ omnibus in se viuentibus innotescit. Nam pręter solam paternitatis proprietatẽ: pater filio per generationem/essentiã cum vniuersis ad se pertinentibus elargi-

tur. Eapropter quicquid viuit in patre vnitate occulta-
tum: viuit & in filio apparentia emanatum. verũ ipsa
simplex nostri exemplaris abyssus: semp ponit tene-
bras latibulũ suũ/omnẽ modũ prorsus excludens/sed
immensa & in eo radians claritas absconditum dei in
modũ pducit & ppallat. vniuersi quoq; supra sui crea
tionem in vitæ contemplatiuæ altitudinem sublima-
ti: vnũ sunt cum hac deifica claritate/imo ipsa claritas
ipsi sunt. vident proinde & ipsi/sentiunt & inueniunt
per hoc deificum lumen se secundũ suum esse/vitamq;
suam increatã: eandẽq; fore simplicẽ diuinitatis abys
sum. ex qua claritas ipsa diuino modo relucet: & ĩ qua
secundum simplicitatem essentiæ/æternaliter sine mo-
do simplex ĩtellectus manet. ideoq; ĩtimi cõtẽplatores
exire debebũt ęterno intuitu: secundũ modũ contem-
plationis supra rationis discretionẽ/supraq; esse suum
creatum/virtute luminis increati diuinitus generati. &
ita de claritate in claritatẽ tanq̃ a domini spiritu trans-
formabũtur: atq; cum eo quo vident & quod vident
lumen vnum fient. Hoc itaq; modo contemplatiui/
suumq; assequũtur exemplar: ad cuius imaginem cre-
ati sunt/deumq; & omnia sine discretionis differentia
simplici intuitu in diuina claritudine contemplantur.
Hæc est enim dignissima / vtilissimaq; contemplatio:
ad quam potest in hac perueniri vita. quoniam in ea
contemplatiuus / sui melius potens manet / & liber.
potestq; in quolibet amatorio introgressu: in vitæ alti-
tudinem vltra omnem intelligentię captum proficere.
quoniã liber manet/suiq; potens in suę deuotionis in-
terno feruore/exercitioq; virtutũ. Ipse vero simplex in
diuinum lumen contemplationis cõtuitus: supra oẽm

deuotiōis feruorē/supra virtutes/ & omnē promissio-
nē se tenet. quoniā ipse est corona / premiūq; ad quod
intimo desyderio anhelamus: quodq; quodam modo
habemus & possidemus. Nam vita cōtemplatiua: vi-
ta plane cœlestis est. Si vero essem⁹ de morte corpis hu
ius liberati: essemus pfecto secundū nostræ creationis
capacitatē/diuinā claritatē suscipere aptiores. possetq;
nos melius/nobiliusq; dei gloria: suo lumine penetra-
re. Hic est modus/omnē excedens modū: quo videli-
cet in cōtemplationē diuinā/continuamq; exitur/quo
modoq; contēplator sublimis / deifica transformatur
& obuoluitur claritate. iste quoq; intimi cōtemplato-
ris exitus: charitate formatus est. quoniā per fruitiuū
amorē/suā creationē pertransit: inuenitq; & gustat di-
uitias atq; delicias/quę ipsemet de⁹ est/quasq; deflue-
re deus facit in ipsū spūs absconditū. vbi spūs diuinæ
nobilitatis: similitudinē summā tenet.

¶ DE OBVIATIONE spūs & sponsi. Cap. V.



VM itaq; intimus contemplator: sic est
suū æternū assecutus exemplar/sinumq;
patris per filiū in hac sui spiritus deifor-
mi lympiditate possedit. iam tunc est di-
uinę veritatis lumie illustratus/ ęternāq;
filij generationē momētis singulis nouā
suscipit. & secundum luminis modum: in diuinam cō-
templationē exit. Sed & quartus / vltimusq; articulus
hic oritur: obuiatio scilicet amorosa in qua super om-
nia/nostra beatitudo summa consistit. Sciendum autē
est: patrem velut viuidam trinitatis originē cum om-
nibus in se viuentibus in filium quasi in suam æter-
nam ac diuinam sapientiam actiue esse conuersum/

eandemqꝫ ſapientiã & vniuerſa in ea viuentia in pa-
trẽ velut in ſuũ(vnde originata eſt)pricipiũ actualiter
eſſe reflexam.ex hoc vero patris/filijqꝫ occurſu:ꝓcedit
tertia in trinitate ꝑſona/ ſpũs videlicet ſanctus/amor/
nexuſqꝫ amborũ in vnius / eiuſdẽqꝫ idẽtitate naturæ.
Siquidẽ patrẽ & filiũ cunctaqꝫ viuentia in eiſdẽ/tanta
diuitiarũ / gaudiorũqꝫ ĩmenſitate tã actiue q̃ fruitiue
cõplectit̃ & penetrat:vt vniuerſas creaturas oporteat
æternaliter hinc ſilere.quoniã ipſa incõpręhenſibilia/
mirãdaqꝫ(quę in amoris huius theſauro infinitiſſimo
ſunt cõtenta) excedũt perẽniter creaturarũ oĩm itelle-
ctũ.vbi vero hęc arcana mirãda/ſine admiratiõe aliq̃
intelligũtur pariter & guſtãtur : illic ſpũs eſt ſupra ſe-
ipſum tranſlatus/& deo viuificatus/guſtãs/vidẽſqꝫ in
vnitate viuidę abyſſus(in qua ſeſe ſecundũ eſſe ſuũ in-
creatũ poſſidet)ĩmenſas diuitias/quę ip̃emet eſt iuxta
eũ modũ quo eas deus guſtat & videt. Porro huiuſ-
modi obuiatio diuia voluptate pleniſſima:ĩ nobis ſine
obũbratiõe viciſſitudis actualiter renouat̃.qm̃ pater &
filius æterno beneplacito/ amoriſqꝫ cõplexu: ĩ iuicẽ ſe
trãſfundũt/ quod & ęterno amoris nexu iugiter reno
uatur. Nam ſicut pater in filij generatiõe omnia no-
uiter cõtemplat̃:ita & a patre/filioqꝫ ĩ ꝓceſſione ſancti
ſpũs cũcta recẽter amant̃.hęc eſt aũt patris & filij ob-
uiatio actualis:ĩ qua per ſpiritũ ſanctũ amore ꝑpetuo
ſumus amabiliter circũplexi. verũ hęc actualis obuia-
tio & amabilis iſte cõplexus: in ſuo ꝓfundo fruitiuus
eſt/ & modi neſcius. Quoniã ipſa ĩfinitæ deitatis va-
ſtitas adeo caliginoſa eſt & exꝑs modi:vt oẽm modũ/
opuſqꝫ omne diuinũ/cũ ꝑſonarũ ꝓprietatibus/ip̃o eſ-
ſentialis vnitatis opulẽto cõp̃hẽdat amplexu / diuinã
fruitionẽ generãs in ip̃a ĩnomiatę diuinitatis abyſſo.

hoc vero gradu celebratur fruitiuus quidam excessus defluensq; in ipsam essentiæ simplicitatem ingressus: in quā velut in innominatā deitatis abyssum / vniuersa diuina nomina/modiq; quilibet / & cūctę rationes viuę/in diuię veritatis speculo relucentes/tanq̃ in omniū nominū / modorū ac rationū voraginē absorbentur. In hac namq; ininuestigabili diuinæ simplicitatis abysso fruitionis: beatitudine omnia complectuntur. ea ipsa tamen abysso: in essentiali vnitate incompræhensa penitus remanente. personas autem et vniuersa in deo viuentia/credere hic oportet: cum non sit hic aliud/nisi æterna quies in fruitiuo amorosę absorptionis amplexu. Istud vero agitur in diuinæ vnitatis simplicissima essentia omnem modum penitus excludente: quā omnes cōtēplatiui spiritus super oīa cupierūt. nam & ipsa est caliginosum silentium: in quo se amantes singuli perdiderūt. Si nos sic virtutibus parare possemus: nos cito de corpore mortis abiremus / nataremus in profundis vasti maris claris vndis. nunq̃ etiam esset creatura nos sequendo repertura. Vt autem ipsā diuinæ vnitatis essentiam/ fruitionis quiete possideamus / vnitatēq; in trinitate claro cōtuitu videam⁹: tribuat nobis diuina charitas omnium donatrix / nullius petitoris immisericors aspernatrix/quę cum patre & filio regnat in sæcula sæculorum. Amen.

¶HAEC SVNT verba charissimi quæ dudū simplicibus & indoctis laicis teutonico sermone simpliciter (pro vt domin⁹ aspirauit) cōscripsimus: quorū nūc iubentibus vobis/non verba teutonica/sed sensum in animo recollectum latino eloquio (vt pro facultatula nostra: deo tamē iuuāte valuim⁹) laboriose satis transtulimus. postulātes obnixe: vt labori nostro orationū

vestrarum suffragia rependatis. Valete: quinimmo in domino pariter valeamus.

¶LIBRI/Deuoti & venerabilis patris Ioānis Rus-
beri presbyteri/canonici obseruantię beati Au-
gustini/de ornatu spiritualium nuptiarum
Parrhisijs Impressi per Henricum
Stephanum calchographum e
regione Scholæ Decre-
torū: Anno Salu-
tis 1512 tertia
die Augu
sti Fi-
nis.
Deo gratias.
A
M
E
N





